



**De baptismo infantium. : testimonia veteru[m]  
ecclesiasticorum scriptorum, qui intra trecentos circiter annos  
a? temporibus apostolorum, hoc est, ab excessu Ioannis  
Apostoli, qui fuit annus plus paulo? centesimus a? Christo  
nato, floruerunt. : De origine Anabaptisticae sectae, & de  
auctoritate consensus Ecclesiae, & catholicae traditionis  
praefationes duae ... Adiecta est brevis expositio de  
auctoritate consuetudinis vniuersalis baptizandorum  
infantium, & varijs ritibus baptismi celebrandi.**

<https://hdl.handle.net/1874/416808>

DE BAPTISMO IN-  
FANTIVM.

DOCTRINA  
CATHOLICAE  
ECCLESIAE, DIVINARVM LI-  
terarum testimonijs ex-  
plicata.

PARS ALTERA.

De Exorcismo, Interrogatione fidei, &  
reliquis in Baptismo infantium  
vfitatis Cæremonijs.

De statu Infantium qui in Ecclesia na-  
ti, citra Baptismi Sacramentum  
moriuntur.

AVCTORE G. Cassandro.

COLONIAE,  
*Apud Heredes Arnoldi Birckmanni.*  
Anno M. D. LXV.

*Cum Gratia & Priuilegio Caf. Maieft.*



AD ILLV-  
STREM ET GENE-  
ROS. D. HERMAN. CO-  
MITEM à NOVVENARN ET  
Morsæ, &c. Georgij  
Cassandri.

P R A E F A T I O.



VAMVIS variæ sint  
morborum species, Illu-  
stris & Generose D. qui-  
bus integritas & sanitas  
Christianæ fidei corrup-  
pitur & violatur, omnes tamen in falsa  
persuasione, & peruersa Diuinarum &  
Ecclesiasticarum rerum intelligentia cõ-  
sistunt. Porro ad eos, qui hoc morbo corre-  
pti sunt curandos, non aliud præsentius,  
quam quod ex vera sinceraq; Doctrina  
conficitur, medicamentum adhiberi posse

## PRAEFATIO

constat. Ea autem est Doctrina Euangelica seu apostolica, tum Diuinis literis comprehensa, tum vniuersali testimonio & perpetuo cōstantiq; consensu priscæ illius Ecclesie Christi explicata, & posteris per manus tradita. Et de hac quidem parte, quamuis posterior sit, ita temporū conditione, & rerum occasione ferente, alio libello egimus: in quo testimonia illa veterum, quibus infantium Baptismus confirmatur, quæ quidem tunc occurrere potuerunt, complexi sumus: adiectis quibusdam exiguis scriptis, quibus huius vniuersalis consensus auctoritas commendatur. Cum verò aliquando, pro ingenij nostri exilitate & valetudinis imbecillitate, demonstrationem quandam & confirmationem huius Baptismi, quo infantes Christo consecratur, rationibus ex Diuinis literis assumptis, meditati essemus: non abs te futurum putavi, si hanc etiam qualemcunq; opus

PRAEFATIO.

opellam nostram, tandem in publicū emit-  
terem: præsertim inuitante hac occasione  
temporis, quo imprimis hæc Diuinarum li-  
terarū medicina necessaria esse videtur.  
Itaq; quæ tumultuario & diuersis tempo-  
ribus, pro vt oblata occasione occurrerāt,  
congeſsimus: ea quantum valetudo per-  
mittebat, in ordinem aliquem & tanquā  
corpus quoddam, disiectis antea mēbris  
suo loco collocatis, redigere conati sumus:  
nonnullis quoq; quæ inter agendū in men-  
tem venerunt, vbi res postulare videba-  
tur, adiectis. Quāuis hic morbus, adeo altè  
quorundam hominum animis inhaeserit,  
vt egre nisi & multo tempore & atten-  
tiore cura leniri possit: ita vt quicquid hu-  
ius generis curationis præscribitur, magis  
antidoti locum, quo imbecilliū animi in-  
ter tot pericula à futura huius morbi con-  
tagione præseruentur, quam pharmaci  
vsum, quo hac lue correpti sanentur, obti-

PRÆFATIO.

nere posse videatur. Et ut aliquibus fortassis sanandis valeat, tamen exigua spes est, hunc morbum quotidie magis ac grauius, inualescentem ab hominum multitudine depellendi, & eius presentissimam contagionem prohibendi: nisi alia quoque extrinsecus ac publica remedia & procuratioes accedant, quibus causæ, unde hi morbi originem duxerunt, & unde quotidie robur & incrementum sumunt, quo ad fieri potest, remoueantur. Frustra enim grassante ex infecto virulentis & pestiferis sordibus aëre, contracta peste, curam & medicinam laborantibus adhibeas, nisi sordibus illis remotis & sublatis, aëris puritas restituatur. Frustra coecutiētibus hominibus in obiecta passim saxa impingentibus, & hac impactione grauius læsis, medicamentum curando vulnere apponetur, nisi saxa illa, quæ ita passim in via obiecta sunt, ut vitari vix queant, è medio tollantur. Atque  
 utinam

PRAEFATIO.

utinam hodie sordes illae Ecclesiae auram  
 inficientes, & saxa illa iter in caelum  
 impediētia nō modo non remouerētur, &  
 nō etiā quotidie nouae sordes ingererētur,  
 & grandiora saxa coaceruarētur: vt mi-  
 rum non sit, tantam miserè laborantium  
 & sauciorum multitudinem inueniri: cum  
 praesertim non modo morbi radices, vt di-  
 ximus, non euellantur, sed intempestiua  
 & aliena prorsus cura, malum potius ex-  
 asperetur & dilatetur. Atq; mirum est,  
 ne ipsum quidē euentum, qui stultorū esse  
 magister cōsuevit, haecenus sapiētissimos  
 viros ad haec importuna remedia omittē-  
 da, & meliora aptioraq; quērēda adduce-  
 re & excitare potuisse: qđ vide ne illis ac-  
 ceptū ferendū sit, qui nescio quo spiritu di-  
 eti, inter coercere & occidere, inter disci-  
 plinā & carnificinā discrimen nullū cōsti-  
 tuūt. Sed haec viderint quibus haec cura di-  
 uinitus cōmissa est: nobis priuatis et humi-



PRAEFATIO.

libus satis est ex charitatis officio, quod  
 Ecclesiae debemus, quantum licet admos  
 nuisse: & quantum ad eam rem praestari  
 potest, quantumuis exiguum, in medium  
 attulisse. Illud autem tantummodo ad  
 monendum duxi. Cum inter eos qui de in  
 fantibus baptizandis conueniunt, de ra  
 tione tamen & modo huius baptismi cōfir  
 mandi non conueniat, me eam rationem  
 & viam sequutum esse, quam in Ecclesia  
 Catholica semper vsitatam & tritam esse  
 se deprehendi. Nam quidam hodie infan  
 tes ideo baptizandos esse cōtendūt, quod  
 è fidelibus parentibus nati, iam inde ab  
 ipso ortu sancti, & fæderis Dei ac regni  
 cœlestis participes sint, vt eo Baptismo  
 hæc gratia adoptionis in illis obsignetur:  
 Ecclesia verò contra semper tenuit & do  
 cuit, infantes ideo baptizari debere,  
 quod siue fidelibus siue infidelibus paren  
 tibus nascantur, natura filij iræ sint, &  
 pecc

PRÆFATIO.

peccato quod ab vno homine propagatū  
 traxerūt, & morti inde consecutæ obno-  
 xy, nisi in Christo per Baptismū renati, à  
 peccato, ira & morte, emūdentur & li-  
 berentur. Itē alij cū in Diuinis literis ad  
 gratiam Dei consequendam, fidem re-  
 quiri legant, etiam infantibus ad adoptio-  
 nis gratiam obtinendam, proprium quē-  
 dam fidei motum atq; effectum necessa-  
 rium docent: cum Ecclesia semper tenuerit,  
 & docuerit, infantibus propriæ fidei  
 actu destitutis, Ecclesiæ offerentis & de-  
 precantis fidem, vt propriam deputari,  
 quæ illis ad Baptismi gratiam consequen-  
 dam sufficiat. Quare mihi veniam dari po-  
 stulo, si vt cæteris in rebus ita hic quoque  
 in antiquo illo & vniuersali Ecclesiæ con-  
 sensu, quàm in nouo quorūdam hominum  
 sensu potius acquiescam & acquiescendum  
 existimen. Hoc autem quicquid est ope-  
 ræ, quod in hac incredibili corporis infir-

PRAEFATIO.

mitate Catholicae Christi Ecclesiae, cui  
 vel inter extrema membrum esse opto  
 spero, charitate inductus insumpsi, tibi  
 lust. & Generos. Domine nuncupandum  
 dedicandumq; putavi, non tam ut meam  
 ergo T. C. obseruantiam declararem, &  
 quod qualem cunq; hanc mei erga T. C. stu  
 dij & obsequij significationem gratam  
 se confiderem: sed quod sciam. T. C. homi  
 num istorum, qui partim nouis & inaudi  
 tis, partim iam olim ab vniuersali Christi  
 Ecclesia damnatis opinionum commen  
 tis. Reipub. & Ecclesiae statum pertur  
 bant, ita studia auersari, vt tamen errori  
 bus occurrendum, errantibus vero succ  
 currendum esse existimes: ad quam rem  
 perficiendam, diuinarum literarum ora  
 cula aptissima esse pharmaca, pro insigni  
 ista, qua inter caeteros Germaniae Princi  
 pes polles eruditione & Prudentia non  
 ignoras: modo ex amplissimo illo diuina

PRÆFATIO

rum literarum pharmacopolio aptissima  
 quæq; delignantur, & à peritis idoneisq;  
 medicis, quam appositiss. adhibeantur.  
 Nam haud raro fit, vt nonnulli per erro-  
 rem, dum præfenti errori mederi studēt,  
 alium errorem inserant, ac morbum mor-  
 bo, tanquam clauum clauo pellant. Deus  
 T. C. animo & corpore diu sanum & in-  
 columem conseruet. E. Colonia Agrip-  
 pinensi. K L. Septemb. Anno M. D.  
 LXV.

I N D E X.

**I**nfantēs extra Ecclesiam non pertinere ad regnū  
 Dei, propositio. l. fol. 1.

Infantes omnes per Christum saluatos, refellitur.

Argumentum aduersariorum diluitur. fol. 3.

Regula interpretandæ scripturæ. fol. 4.

Infantes baptizatos, esse spirituale semen Abra-  
 hæ, fol. 6. & 14. b. 15.

Filium nō portare iniquitat. patr. exponitur f. 8.

Fidem & perfidiam alienam alijs prodesse & ob-  
 esse posse. fol. 8. b. fol. 31. b.

Iustus fide sua uiuet, exponitur. fol. 10.

Filij

## I N D E X.

Filij uestri immundi essent nūc autem sancti sunt  
exponit. fol. 11.

Talium est regnum cœlorum, exponitur. fol. 15.

Regula altera interpretandę scripturę. fol. 18.

Aquę quomodo regeneratio tribuatur. fol. 19.

Infantes Christianis parentibus, sed improbis nat  
ri, & ab ijs ad Baptismum oblatis, quid de eorum Ba  
ptismo sentiendum. fol. 25.

De infantibus, parentibus hereticis natis, & ab  
hereticis in hereticorū Eccles. baptizatis. f. 27. b. 28.

Baptisma uerum esse apud hereticos. fol. 28. b.

De infantibus infidelium, à fidelibus ad Baptis  
mum oblatis. fol. 30. b.

Infantes opus habere regeneratione. Propos. 2.  
32. b. 39. b.

Infantes capaces esse, regenerationis. fol. 33. b.

In infantibus iam adolescentibus nullas depre  
bendi notas regenerationis & nouę uitę, obijcienti  
bus, respondetur. fol. 33. b.

Baptizatos opus habere inslitutione ad concupi  
scenciam coercendam. fol. 36.

Baptismus in infantibus qđ efficiat. fol. 36. b. 40.

Infantibus ut regeneratiōe, ita & Baptismo opus  
esse, propos. 3. 41.

Doctrina Ecclesie de Baptismo infantium, sum  
ma. fol. 41.

Impedimentum primum Anabaptistarum, ex uer  
bis

## I N D E X.

- bis Christi. Matth. & Marc. ult. fol. 44.*  
*Causæ tres à uero intellectu scripture, in falsam opinionem abducentes. fol. 44. b*  
*Matthæi & Marci uerba. Itē docet. om. Gentes, Qui credid. & bapt. exponuntur. 47. b*  
*Etiã infantib. hæc uerba accōmodari posse. f. 53. b*  
*Ordinem uerborum in uerbis Marci: Qui credid. & baptiz. fuerit non rectè urgeri. 49. b*  
*Fidē aliquãdo Baptismū seq̄ etiã in adultis. 49. b*  
*Infantium salus, quibus scripturis probetur. f. 52.*  
*Impedimentum alterum, quia nullum extet mandatum uel exemplum. 54. b*  
*Mandato singulari de baptizandis infantibus nō esse opus. fol. 55.*  
*Testimonia Diuinarum literarum. De baptizandis infantibus in certos locos digesta. fol. 55 b*  
*Circumcisionis Sacramentum quid declaret. fol. 57. b. 59. b*  
*A Circumcisione ductum argumentum aduersariorum refellitur. fol. 61.*  
*Infantes etiã ad Baptismum obligari. fol. 62. b*  
*Argumentum sumptum ab exemplo apostolorum refellitur. fol. 63.*  
*De Communicatione mulierum. fol. 63. b*  
*Domus nomen etiã infantes complectitur. fol. 64. b. 65.*  
*Exempla apostolica, quibus apostoli simili argumentan-*

## INDEX.

mentandi genere usi leguntur, quo infantium Baptis-  
mum probamus. fol. 66.

Infantium Baptismus apostolico argumentandi ge-  
nere probatur. fol. 67. b. 68.

Figura transitus maris rubri ad Baptismum acco-  
modatur. fol. 69. b

Auctoritas uniuersalis Ecclesie in obseruatione  
baptismi infantium. fol. 70. b

Impedimentum tertium, pueros non esse capaces  
baptismi. fol. 71.

Infantes ad credentium numerū pertinere. fol. 73

Infantes aptos esse baptismo. fol. 75. 86.

Aduersus eos qui infantibus proprium fidei motū  
tribuunt. fol. 76. b. 119. b

Impedimentum Quartum, quod putent in omni-  
bus infantibus deletum peccatum. fol. 79.

Argumentum à Baptismo xij. discipulorum, re-  
fellitur. fol. 19. b

Discrimen baptismi Ioannis & Christo. fol. 80.

In baptismo Ioannis dimissa fuisse peccata, quidā  
opinati sunt. fol. 82. b

(nitur. fol. 83.

Locus Actor. XIX. ex ueterum sententia expo-

Argumentum à Communicatione infantium refel-  
litur. fol. 86. b

(se. fol. 87.

Infantes olim corpus & sang. Domini participas-

Discrimen inter baptismi & Cœnae Domine sa-  
cramentum. fol. 87. b

# I N D E X.

- Infantes in Baptismo participes fieri corporis ac sanguinis Domini. fol. 88.
- Infantibus cur sacramentū corporis & sang. Domini non sit uisum necessarium. fol. 88. b
- Consuetudo communicandi infantes non improbanda. fol. 89. (sint. fol. 90.
- Anabaptista quomodo monendi & cohortandi
- Circumcisionem non esse figuram baptismi quidam negant. fol. 91. b
- Figuram & typū duobus modis intelligi. fol. 92.
- Circumcisionis & Baptismi conuenientia. fol. 93.
- Argumentū ex loco Petri de baptis. refellitur. 94
- De Exorcismo & exufflatione. fol. 95.
- Exorcismus quid significet. fol. 99.
- Infans quomodo in Diaboli potestate. fol. 100.
- Exorcismi ritū nō esse parem baptismō. fol. 100.
- De abrenuntiatiōe & interrogatiōe fidei. 100. b
- De Origine huius consuetudinis, abrenunciandi & interrogandi. fol. 101.
- Responsio que fit Infantium nomine, quomodo intelligenda. fol. 103.
- De reliquis baptismi Ceremonijs. fol. 106. b
- Duo genera rituum in Baptismo obseruari. ibid.
- Causa horum rituum instituendorum. fol. 107.
- Theses de Benedictione aque Baptismi, & reliquis Baptismi Ceremonijs. 108.
- De Coena Domini in Ecclesia Ro. iā aliquot annis usitata



## I N D E X.


- usitata, sine dispensatione Calicis. 112.*  
*Lutheri iudicium de Ecclesia Rom. ibid. b*  
*Sententia quorundam piorum uirorum de Calice*  
*Domini populo restituendo. ibid. b. & 113.*  
*De statu Infantium, qui citra Baptisma moriuntur. 116. b*  
*Varie sententiæ de causis Baptismi, & eius uirtute. ibidem.*  
*Sententia eorum qui omnes fidelium infantes sanctos asserunt, uirtutē fœderis refellitur. 117.*  
*Vera causa Baptismi Paruulorum. 119.*  
*Disidium de effectu Baptismi. 120.*  
*Sententia eorum, qui infantibus gratiam Baptismi solo uoto Baptismi obtineri putant, si facultas baptizandi desit. ibid. b.*  
*Ioannis Gersonis sententia. fol. 121. b*  
*Gabrielis Biel. fol. 122.*  
*Thomæ Caietani. ibid. b*  
*Tilmanni Sigebergensis. fol. 124. b*  
*Thomæ Elisij Neapolitani. fol. 133.*  
*Arigore ueterum de absoluta necessitate Baptismi quomodo recessum. fol. 139.*  
*Voluntatem & uotum parentū infantibus ad sanctificationem sufficere posse. fol. 149. & deinceps.*  
*De Communionem malorum in externo usu Sacramentorum. fol. 155.*

# DE BAPTIS<sup>e</sup> I


MO INFANTIVM, DO-  
CTRINA CATHOLICAE ECCLE-  
siae, Diuinarum literarum te-  
stimonijs explicata.

AVCTORE GEORGIO  
Cassandro.

PROPOSITIO PRIMA.

ALVTEM ET vitam  
aeternam nō pertinere ad om-  
nes infantes, etiam infidelium,  
& eorum qui sunt extra Ecclesiam: sed  
ad eos tantum, qui intra Ecclesiam Chri-  
sti, Christo offeruntur, & per Baptismū  
sanctificantur, & consecrantur.

EXPLICATIO PROPOSI-  
tionis primae.

ITA aeterna haereditas est  
filiorum Dei, filij Dei nō  
sunt nisi spirituale semen  
A Abra-

## DE BAPTISMO

Abrahæ, Spirituale autem semen  
 Abrahæ æstimatur ex promissio-  
 ne, Rom. 9. Non qui filij carnis, h  
 filij Dei, sed qui sunt filij promif-  
 sionis, censentur in semen. Igitur  
 ad infantes hæreditas pertinere nõ  
 potest, nisi per promissionem in  
 Spirituale semen Abrahæ censentur.  
 Infantes extra ecclesiam non  
 habent promissionem: Igitur non  
 sunt filij Abrahæ, neque hæredes.  
 Galat. 4. Nos, (inqt paulus) secun-  
 dum Isaac promissiõis filij sumus.  
 Qui ergo sunt extra promissionẽ  
 non sunt filij. Sola enim Ecclesia  
 quæ est cœlestis Hierusalem, mater  
 omnium nostrum libera est, & ad  
 libertatem per verbum promissi-  
 onis per Baptismum generat, cum  
 gentes omnes quæ ex ancilla na-  
 scuntur, in seruitutem gignantur,

Galat. 4.

tur, seruit enim ipsa cum filijs suis.

Omnes gentes, vt est auctor Paulus ad Ephe. 2. erant sine Christo, alieni à Repub. Israelis, extranei à testamētis, spem nō habentes, sine Deo &c. donec per Christum & sanguinem eius propinqui fierēt, & interstitio diruto, ambo in vno corpore recōciliarentur per Christum. Quod si gentes alienę fuerūt à promissione & testamento: Igitur & eorum liberi: Petrus enim apertè ait: Vobis inquit Israelitis est repromissio & filijs vestris, & ijs qui procul sunt, quoscunq; aduocauerit dominus. Ex qua Petri sententia non obscurè constat, intra quem ambitum, repromissio concludatur. Quomodo enim pmissio pertinere dicitur ad Israelitas & filios corū, in quibus filijs etiam

DE BAPTISMO

ponuntur infantes, ita & promissio eadē asseritur pertinere ad eos qui procul sunt, nō illos quidem omnes, sed eos duntaxat, quos dominus aduocauerit, id est, gentes ad communionem Euangelij vocatas, & filios eorum, à quorum filiorum numero nullo modo infantes excludi possunt, qui ad noui testamenti cōmunionē à fidelibus parentibus & ecclesia, cōmuni oīm fidelium parēte adducuntur. Christus moriturus dicebatur à

Ioan. II.

Ioanne non tantum pro Gente, hoc est, natione Iudaica, sed ut filios Dei dispersos, intellige per varias gentium nationes congregaret in vnum. Non sunt igitur morte Christi redempti, nec filij Dei, nisi qui in vnum congregantur, & Christo capiti tāquam mēbra

bra aggregātur: sed infantes extra  
Ecclesiā non aggregātur Christo,  
Igitur non est pro illis mortuus  
Christus, id est, nō pertinet ad illos  
efficacia & virtus mortis Christi.

Aiunt Christū morte sua in oī-  
bus reatū peccati originalis soluis-  
se, quare infantibus malū illud in-  
hærens, nō imputari. Adultis verò  
ideo opus esse fide Christi & Bapti-  
smi ob signatiōe, vt à peccatis actus  
alibus tēperent, & mādatis Dei pa-  
reant, ac sic demū per semē diuini  
verbi regenerati, ad nouitatē vitæ  
se cōparent. Infantibus verò oī-  
bus ad salutē sufficere, quod noxa  
illa & condemnatio, quæ per vnū  
hominem in mundum venit, per  
vnum rursus hominē, id est, Chri-  
stum eiusque mortem sublata sit.  
Ad eam rem confirmandam ad-

## DE BAPTISMO

ducunt loca, quæ generalem promissionem salutis continent, vt est illud ad Rom. 5. Sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem, id est, sicut vnus hominis delicto factum est, vt omnes homines damnarentur: Sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ, id est, vnus iustitia id efficitur, vt omnes homines iustificationem, qua viuunt, consequantur.

Dicendum est huiusmodi generales locutiones restringendas esse, ex alijs scripturæ locis, qualis est locus proximè antecess. Si per vnus delictum, mors regnauit per vnum, multo magis ij qui abundantiam gratiæ & doni iustitiæ accipiunt, in vita regnabunt per vnū Iesum Christum. Ita videlicet verum

rū est, per vnius hominis videlicet Christi iustitiam oēs iustificationē vitæ percipere, sed intellige eos tantum qui hanc gratiam, & donum iusticiæ diuino munere consequuntur. Consequuntur autem illi tantum, qui ad promissionem Dei & Testamētum eius pertinent, id est, quos Christus per euangelium suum collegit & aduocauit, nec eos modo sed etiam eorū filios, quos fiducia, pmissionis diuinę Christo obtulerunt, & consecrarunt, qui intra eādem illam promissionem & in eodem illo pacto continentur. Est itaq; hæc regula in diuinis literis interpretandis, & intelligēdis obseruatu necessaria. Cū aliquid in scripturis sanctis in genere & absolutè proponitur, quod alibi cum restrictione, exceptione &



## DE BAPTISMO

conditione dicitur, vel cuius alibi  
 restrictio, exceptio seu cōditio re-  
 peritur, restrictio illa & conditio  
 vbi posita nō est, intelligi & oppo-  
 ni debet, vt cū in genere & absolu-  
 tē dicitur. Conclufit Deus oīa sub  
 peccatum vt oīm misereatur, alibi  
 restrictio additur. Cōclufit scriptu-  
 ra oīa sub peccatū, vt promissio  
 ex fide Iesu Christi daretur creden-  
 tibus, ergo cū hic dicitur oīmū,  
 intellige credentiū, & promissio-  
 nem fide amplectentiū: adhibenda  
 est ergo & hic illa restrictio, vt in-  
 telligas oīm, qui per Christū rena-  
 scuntur in Deū, infantes, iuuenes,  
 seniores, vt Irenæus loquitur. Cer-  
 tū est igitur christū, p̄ totius mun-  
 di redēptione crucifixū, & passum,  
 at illud cōtra verissimū est, eos solū  
 per Christū redimi, qui per ipsum  
 rena-

renascuntur. Pulchrè hæc explicã-  
 tur à Prospero Aquitanico, vbi B.  
 Augustini calúniatoribus respon-  
 det. Sicut inquit nõ sufficit hoim  
 renouationi, natú esse hominẽ Ie-  
 sum Christum, nisi in ipso eodẽ, de  
 quo ipse ortus est spiritu renascã-  
 tur, sic nõ sufficit hoim redẽptiõĩ,  
 crucifixú esse Dñm Christum, nisi  
 cõmorianur ei & cõsepeliãtur in  
 Baptismo &c. cum sine hoc sacra-  
 mento nemo hoim consequatur  
 vitam æternã: nõ est saluatus cruce  
 Christi, qui non est crucifixus in  
 Christo, non est aut crucifixus in  
 Christo, qui nõ est membrú corpo-  
 ris christi, qui nõ per aquã & Spiri-  
 tum sanctú induit Christú. Est igi-  
 tur Christus fons vberimus & in-  
 haustus, ex quo remissionẽ pecca-  
 torú & salutẽ oĩbus haurire licet,

*Ad Capitu-  
la Gallorũ  
cap. 9.*

## DE BAPTISMO

sed eius fontis latice salutari, nemo fruitur, nisi ad eum accedat, & ex eo, ostenso à Christo instrumēto, hauriat, quomodo Ioānes christum in die magno festo exclamasse scribit. Si quis sitit veniat ad me & bibat. Rectè itaq; Augustinus siue Prosper. Poculum (inquit) immortalitatis, quod confectū est de infirmitate nostra & virtute diuina, habet quidem in se vt omnibus proficit: Sed si nō bibitur, nō proficit. Christus itaque medicus est, cuius sanguis pharmacum est, omnibus animi morbis curandis, imò & immortalitati conferēdæ idoneum, at eò nemo potiri potest, qui non ad medicū veniat, & ei se credat, & in eius fidē cōmittat, sic enim medicus ipse apud Euangelistā loquitur. Venite ad me oēs qui &c. veniunt

niunt autem nō adulti modo, qui propria ipsorum fide accedūt, sed infantes quoq; qui parentū & Ecclesie fide, & fiducia promissionis Christi, ad ipsum sanādi & refocillandi adducūtur, vt ex medici ipsius verbis ostenditur, cū vetat paruulos prohiberi, quominus ad ipsum veniant.

Certum est infantes si saluātur & regni dei participes fiunt, necessum esse vt filij Dei sint. Nam filiorum tātum est hæreditas, vt supra dictum est. Si autem filij Dei sunt, id fieri non potest, nisi spirituali quadā propagatiōe & adoptione. Adhæc spiritualis hæc ppagatio, ad spirituale tantū Abrahæ semen pertinet, & filios pmissiōis. Abrahæ enim tantum dictæ sunt promissiones & semini eius, nam hæc  
pro-

## DE BAPTISMO

promissio, ego sum Deus tuus, & Deus feminis tui, nō modo ad carnale semen, sed etiam ad spirituale referri debet, sic vt omnes per promissionem saluandi censeantur in illo semine.

Quòd obijcitur illos tātum esse spirituale semen Abrahæ, qui credunt & obediunt ad imitationem Abrahæ. Respōdeo, & illos quidem haud dubie filios esse Abrahæ, qui exemplo eius ad p̄missiones Dei non hēsītāt, sed & eos quoq; inter filios Abrahæ reputari, qui beneficio feminis Abrahæ promissi, eandem benedictionē accipiunt, & in cœtum credentium & numerū filiorum Dei recensentur. Tales em̄ filij sunt p̄missionis, quare censentur in semine. Si itaque queratur, quomodo infantes in Ecclesia nati,

ti, pertineāt ad promissionē, cum  
 ex carne nascātur. Sanè Isaac haud  
 aliter secundum carnem natus est,  
 quam Ismahel, dicitur tamen Is-  
 mahel secundum carnem natus,  
 quod nulla de eo promissio facta  
 sit. Sed Isaac dicitur natus per pro-  
 missionē, quia de eo nascituro p-  
 missio facta est. Habuit itaq; Isaac  
 duplicē natiuitatē, alterā secundū  
 carnem, alterā secundum pmissio-  
 nem. Est aut Abraham pater oīm  
 credentium, nō igitur deteriore lo-  
 co sunt credentes, vt non illorum  
 semen carnale, etiā sit semen pro-  
 missionis, nam quēadmodum p-  
 missiōis verbū fuit. In hoc tēpore  
 veniā & erit Saræ filius, ita nō mi-  
 nus (επαγγελίας) sermo est. Sinite  
 paruulos venire ad me, & ne phi-  
 bueritis eos, taliū est em̄ regnum  
 cœlo-

cœlorū. At paruuli ad Christū vt  
 ab eo benedicantur venire nō pos-  
 sunt, nisi adducantur: non addu-  
 cuntur autē, nisi à credentibus, ha-  
 bēt igitur credentiū filiū, si ad Chri-  
 stum adducantur, promissionem  
 regni cœlistis.

Infantes verò ideo credentibus  
 annumerantur, quod sanguine  
 Christi abluti & sanctificati, in vnū  
 corpus Ecclesiæ credentis, tanq̃  
 membra, licet humiliora & adhuc  
 tenera, redigantur. Porrò cum p̃-  
 missiones salutis ad Ecclesiam tan-  
 tum, quæ est credentū cœtus per-  
 tineant, necessario cōsequitur, vt  
 infantes tantum in communionē  
 fidelis Ecclesiæ asciti, promissio-  
 nis beneficio fruantur, & fidelium  
 numero accenseantur.

Reliquos autem infantes, qui  
 extra

extra Ecclesiam in cœtu impiorũ  
& satanæ regno nascuntur, nec  
Christi corpori inseruntur, neque  
promissionum neque fidei, neque  
Regni Dei participes esse posse.

Quod autem hic obijcitur, filiũ  
non portare iniquitatem patris,  
iniquum igitur esse, vt puer culpã  
præstet alienam. Respondeo, Fi-  
lium nunquam portare iniquita-  
tem patris, sine iniquitate propria.  
Ita videlicet punit Deus iniquita-  
tem patrũ in filios, eos qui exem-  
plo maiorum oderunt ipsum. Sic  
quoq; scriptũ est, Leuitici 17. Pro-  
pter peccata patrum suorũ & sua  
affligentur. Et hæc quidem fiunt  
in actualibus peccatis. In originali  
verò peccato filius portat iniqui-  
tatem patris, id est, Adæ, quia ini-  
quitas illa in ipsum propagata est,  
à cu-



## DE BAPTISMO

à cuius reatu nō soluitur, nisi per  
 Christum ꝑꝑitiatorē iustificetur.  
 Is itaq; puer qui perfidia patris, à sa-  
 lute & regno Christi prohibetur,  
 nō excluditur à regno Dei ob cul-  
 pam alienam, id est, patris impieta-  
 tem, sed ob culpam propriã & in-  
 natam. Patris autem impietas non  
 offerentis filium, non est causa hu-  
 ius exitij puero efficiens & positiva,  
 ut loquuntur, sed tantum pri-  
 uatiua. Nihil autem est manifesti-  
 us, quàm aliorum fidem aut per-  
 fidiam alijs prodesse vel obesse pos-  
 se, & in corporalibus quidem be-  
 neficijs id perspicuum est. Nã mul-  
 tis Christus corporis sanitatem,  
 imò & vitam, aliorum fide & de-  
 precatione restituit, ut de filia Ca-  
 nanae, de puero Centurionis, de  
 filia Principis Synagogæ constat,  
 omni-

Omnium autem clarissimè id ap-  
 paret ex facto hominis illius, qui  
 media è turba Iudæorum, Christi  
 opẽ pro filio suo dæmoniacò im-  
 ploravit, à quo Christus fidem sti-  
 pulatus est, quam cum ille profes-  
 sus fuisset, statim fidei illius virtu-  
 tẽ, puer à dæmonio liberatus ex-  
 pertus est. Multis autem occulto  
 Dei iudicio hæc beneficia negata  
 sunt, perfidia eorum, qui egros su-  
 os christo adduci noluerunt, quẽ  
 admodum legitur, Christus in pa- Marc. 6.  
 tria sua signa nulla ædidisse, pro-  
 pter inhabitantium incredulitatẽ,  
 nisi quod paucos infirmos sanaue-  
 rit. Idem quoq; in spiritualibus be-  
 neficijs cernitur, vt de Paralytico Cap. 9.  
 illo de quo Matthæus, & vidẽs in-  
 quit Iesus fidem illorum, dixit Pa-  
 ralytico: remittuntur tibi peccata  
 B tua.

## DE BAPTISMO

tua. Videtur em̄ paralyticus ille vi  
 morbi vsq; cō oppressus fuisse, vt  
 certam aliquā de consequenda sa-  
 nitate spem nō habuerit, tantum-  
 modo nō repugnarit. Itaq; fiducia  
 eorū per quos apportatus est, ei ad  
 remissionē peccatorū consequen-  
 dam profuit. Cōtra verò de hiero-  
 solymitis ita pronunciat Christus.  
 Illos perfidia sua prohibuisse, quo-  
 minus filios eorū congregarit, ac  
 in suam fidē & tutelam receperit.  
 Quid itē manifestius est, quā piūm  
 patrem familias, pastorem & prin-  
 cipem tum exēplo, tum opera sua  
 multis in familia, Ecclesia, aut Re-  
 publ. sua salutis occasionē præbe-  
 re, & cōtra eosdē si impij sint, exē-  
 plo & impijs factis suis subiectos ad  
 impietatē & damnationem addu-  
 cere. An non Paulus inquit custo-  
 di

di carceris, crede & saluus eris, tu  
& domus tua, an non causa fuit sa-  
lutis eorum? qui eo incredulo, in  
sua impietate fuerant morituri?  
Quid, an non idem Paulus asserit,  
sanctificari virum infidelem per  
mulierem fidelem, quid verò hoc  
aliud est, quàm fidem mulieris cau-  
sam esse plerumque, cur maritus  
alioquin infidelis mansurus, per-  
cepto Christi beneficio sanctifice-  
tur. Quod dicitur iustū sua fide nō  
aliena victurum, certum est alienā  
fidē, non esse præcipuam & efficiē-  
tem causam iusticiæ & sanctificati-  
onis, sed tantum causam sine qua  
nō efficitur, & quodāmodo mate-  
rialē, hoc est occasionē, vnū quē-  
que aut saluari sua fide, qua christū  
complectitur. Infantes aut saluari  
gratuito Dei dono, quo illos sibi

## DE BAPTISMO

Ezech. 3.

oblatos & dedicatos, sanctificat, & Christi illis iustitiam applicat. Contra verò Propheta nō auocans impium à via sua mala, sanguinis eius ita reus efficitur, vt tamen & ipse impius in sua impietate moriatur. Quid enim an non manifestissimum est, quàm multos, non modo priuatim homines, sed totas ciuitates & gētes, pij principis Constantini studium ad Christi fidem suscipiendam excitarit, & contra quàm multos Diocletiani & aliorum tyrannorum crudelitas, aut à suscipienda Christi fide deterruerit, aut ad abnegandam coegerit. Hæc omnia ad infantes quoq; pertinere, negari non potest. Quis enim neget infantes illos ex diuino iussu statò die parentum opera circumcisos, maximo ab illis benefici-

cio affectos fuisse. Quod si parentes verbo Dei increduli infantes suos à signo diuini fœderis, remouissent, an non & se & infantes suos violati diuini fœderis noxæ obstrinxissent. Quin & illud certum est, infantes illos Christo oblatos, quanquam alias circumcisione in societatem populi Dei receptos, impositione manuum, & complexu ac benedictione Christi spiritualem gratiam consecutos fuisse: & contrà eos parentes qui à Regno Christi prorsus alieni, liberos suos, alioqui originalis peccati reos, à societate regni Christi prohibent, causam esse cur redemptio sanguinis Christi, quæ extra Ecclesiã & regnũ Christi non est, ad eos minimè pertineat.

Diligenter autem consideran-

## DE BAPTISMO

*I. Corint. I.* dus est, hic locus Pauli Sanctificatus est maritus infidelis, per vxorem, & sanctificata est vxor infidelis per maritum, alioqui filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

Ex hoc loco primum cōstat, alterius fidem alteri ad salutem prodesse posse. Quāuis verum est, neminem illam salutem ob alterius fidem consequi, nisi & ipse donum fidei accipiat, si eius capax sit, aut tali dono à Deo afficiatur, quod illi fidei loco deputetur, quæ est gratia qua infantes sibi oblatos sanctificat, deinde manifestum discriminē apparet, inter liberos infidelium & fidelium, quod illi immundi sint: Hi verò nō munditantum sed etiam sancti. Tertio apparet fidelium liberos esse sanctos, quod fieri nō potest,

potest, nisi per Christum, & eius sanguinem emundentur & sanctificentur. Solus enim sanguis CHRISTI emundat à peccato. Filij ergo fide-  
 lium, cum natura immundi sint, non aliter sancti effici possunt, nisi à Christo & eius spiritu sanctificentur, quod fit cum à fidei parente Christo oblari, & lauacro regenerationis abluti, à noxa originalis mali liberantur. Quamvis autem hic locus aliter ab alijs explicetur, hæc tamen interpretationem aptissimam esse, & pauli instituto ac analogie fidei convenientissimam facile apparet, quæ sententia apertissimè traditur à B. August. Credo inquit, iam prouenerat, ut nonnullæ foeminae per viros fideles, & viri per uxores fideles in fidem venirent, deinde sequitur. Alio qui filij vestri &c. tam enim erant paruuli

*De Serm.  
 Domini in  
 mote lib. 1.  
 cap. 27.*



## DE BAPTISMO

Christiani, qui siue auctore vno ex parentibus, siue vtroq; consentiente sanctificati erant, quod non fieret si vno credente diffociaretur coniugium, & non toleraretur infidelitas coniugij, vsq; ad oportunitatem credendi. Certè huius rei præclarissimum exemplum nobis Francorum historiæ suppeditant. Clodoueus enim Francorum Rex superstitione adhuc Paganus, Clotildem Chilperici Burgūdionum Regis filiam, Christiana religione imbutam in coniugem petijt, quæ coniugium detrectauit, dum suæ sibi Religiois professio libera permitteretur. Itaque primam susceptos ex marito Pagano liberos, eiusdem mariti concessu, baptizari fecit, & tandem assiduis hortatibus, & exemplo singularis modestiæ,

stia, & pietatis perfecit, vt & rex ipse maritus, & ex procerú & multitudinis numero, ad tria millia eodem tempore Christo in Baptismo nomen darent. Itaq; per fidelem vxorem effectum est, vt nō modo maritus infidelis, & alioqui immundi mansuri pueri, sed in gēs hominum multitudo & paulatim gens tota, veræ sanctificationis munus acceperint. Nec ablu dit huic interpretatio Tertulliani, quam & Hieronymus ad Paulinū approbat, cū interrogatus de hoc negocio, respōdet, Tertullianū de hoc pblemate diseruisse, asserens tē sanctos dici fideiū filios, quod quasi candidati sint fidei, & nullis Idololatriæ fordibus polluantur, quæ sententia perspicuè ab eodem Tertulliano explicatur, libro de

anima, vbi inter cætera inqt. Hinc  
 & apostolus ex sanctificatio alteru-  
 tro sexu sanctos procreari ait, tam  
 ex feminis prærogatiua, quam ex  
 institutionis disciplina. Cæterum  
 inquit immundi nasceretur, quali  
 designatos tamē sanctitatis, & per  
 hoc etiam salutis intelligi volens  
 fidelium filios, vt huius spei pigno-  
 ra matrimonijs, quæ retinenda cen-  
 fuerat patrocinaerentur. Alioquin  
 meminerat Dominicæ definitio-  
 nis. Nisi quis nascatur ex aqua &  
 & spiritu, nō introibit in regnum  
 Dei, id est, non erit sanctus. Ita ois  
 anima vsq; eò in Adam censetur,  
 donec in Christo recēseatur, tam-  
 diu immunda, quam diu recensetur.  
 Peccatrix autē quia immūda,  
 recipiēs ignominiam suam ex car-  
 nis societate. Hunc locum eò libe-  
 tius

tius affcripsi, vt appareat hanc sententiã, inde vsq; ab initio Ecclesiæ omnibus christianis in sedisse, non quosuis infantes mundos & sanctos haberi, sed costatum, quibus parentes, vel parentum alter fidelis contigerit, cuius parentis fidelis beneficio sanctificationem & emundationem in sanguine Christi, cuius est symbolum & instrumentum Baptismus consequantur. Reliquos verò ex infidelibus procreatos, vnã cum parentibus immundos, peccato adæ cõtaminatos, & à christi corpore alienos censeseri. Huius rei manifestus typus in diluuiio præcessit, quo omnes, qui extra arcam (qua non obscure Baptismus significatur) reperi fuerunt, obruti fuerunt atq; deleti, in quibus ingens fuit infantiũ numerus.

Non

## DE BAPTISMO

Non est autem necesse vt idē  
 infantes statim sint filij promissio-  
 nis & inter fideles computentur,  
 quia in Ecclesia nati, siue ex  
 fidelibus parētibus propagati sint.  
 Nam hæc propagatio adhuc carnalis  
 est. Sed quia huiusmodi infantes  
 statim atque nati, imò concepti  
 sunt, Ecclesia & fideles parentes,  
 Christo iam animo & voto  
 dedicant, eosque offerri Christo,  
 vt Baptismate eius sanctificentur,  
 constituunt. Itaque promissione  
 Christi freti, statim atque  
 occasio tulerit, Christo infantes  
 offerunt, baptismate eius sanctificandos,  
 & in corpus eius inserendos,  
 ac in filios eius adoptandos.  
 Ita enim Paulus asserit: Baptismo  
 id effici, vt homines per spiritum  
 in vnum corpus redigantur.

Hu-

Huiusmodi itaq; infantes Christo deuoti & cōsecrati, filij sunt, p̄missionis & spirituale semen abrahæ, quod cū in Ecclesia tantum fiat, merito ad infantes tantū Ecclesię, p̄missio pertinere dicitur. Hęc est igitur nō leuis pręrogatiua infantium, qui in Ecclesia à parentibus fidelibus nascuntur, quod iam aliqua ex parte ad Ecclesiam pertineant, vt qui tanquàm candidati sint baptismatis, & ad plenam sanctitatem destinati, vt signaculo sacrosancti baptismatis, & Spiritu sancto obsignati & sanctificati, in societatem & communionem huius sanctę ciuitatis, hoc est Ecclesię Christi, plenè cooptentur, omnibusque huius ciuitatis priuilegijs perfruantur.

Solent autem ij, qui omnibus  
in-

## DE BAPTISMO

infantibus salutem addicunt, vt  
 gere illud quod dixit Christus, ta-  
 lium est regnum cœlorum, ex eo  
 em̄ confici putât, omnium infan-  
 tium esse regnum cœlorum, cum  
 actualis peccati immunes sint, &  
 noxa originalis peccati per Christi  
 mortem iam sublata, careant, itaq;  
 mundi & prorsus innoxij sint, vsq;  
 adeo, vt eorum innocētiam Chri-  
 stus tanquàm exemplum propo-  
 nat. Sed primū meminisse debent  
 non de quibusuis infantibus, Chri-  
 stum loquutum, sed de ijs qui illi  
 offerebântur, & ad ipsum veniebânt,  
 & gratiam & salutem ab illo expe-  
 ctabant, qui etiam cum ex Iudæis  
 fuerût, circumcisionis Sacramētum  
 populo Dei ascripti fuerût. Quae  
 re & alibi: Non simpliciter inquit,  
 Qui scandalizauerit vnum ex his  
 pusil-

pufillis, sed addit, qui in me credunt. Erant igitur huiusmodi infantuli innocentes, non modo quod actione nulla praua vitã contaminarint, sed etiam quod virtute diuinæ promissionis & obseruatione diuini fœderis, quod in circumcissione positum fuit, noxam originalem exuerint, & ad societatem populi Dei pertinuerint, & certè contactus ipse Christi & manus impositio, quin culpam illis originalem auferre, & regnum cœlorum conferre poterit, nemo puto negaturus est. Deinde & hoc consideretur, cùm inquit CHRISTVS. Talium, hac voce non infantes modo, sed etiam adultos, his infantibus innocentia, & morum simplicitate similes designari. Quæro igitur, an si quis adul-



## DE BAPTISMO

adultus è paganorum numero in  
 fantem paganum, sola ætatis in  
 nocentia referat, nec Christi con  
 pori, fide & Sacramento fidei, per  
 spiritum sanctum coniunctus sit, an  
 ad illum regnum Dei pertinere dice  
 mus? Certum est igitur hoc loco, ni  
 quorumlibet infantium, sed fide  
 lium tantum exemplum à Chri  
 sto proponi, videtur autem huius  
 loci simplicissima sententia. Inuita  
 christus ad se infantulos, quos per  
 parentum affectio, & fiducia bon  
 nitatis Christi, ipsi Christo contin  
 gendos & sanctificandos offert, quæ  
 in ijs imago exprimat eorum, qui  
 pertinent ad regnum cælorum, hoc  
 est communionem Euangelij. Nam  
 quemadmodum infantes inuitantur  
 Christo & parentibus ad Christum  
 eos adducentibus, non obluantur

tur, sed citra vllam dubitationē & inquisitionē, simpliciter & placidè obsequuntur, ita oportere eos, qui regni cœlorum & cōmuniōis Euāgelij participes fieri volunt, citra vllam curiositatem & disceptationem vocanti Christo & apostolis per prædicationem ad Christum adducentibus, obtemperare, & credere, id quod Andream, Petrum, Matthæū fecisse constat, atq; hunc esse huius loci sensum declarat, quod mox sequitur, Amē dico vobis. Quisquis nō acceperit regnum Dei, sicut paruulus, non intrabit in illud: Apud mattheum verò manifestum est, pueri exemplum proponi, ad commendandā animi modestiam & simplicitatē, qua natura pueri p̄diti sunt, & sine qua ingressus non pateat in regnum cœ-

C      lorum.

## DE BAPTISMO

lorum. Verum quēadmodum nec  
 sola animi modestia & simplicitas  
 in quouis adulto ad regnum Dei  
 cōsequendum sufficit, si fide & spi-  
 ritu Christi destituatur, ita neq; in  
 pueris solius modestiæ & simplici-  
 tatis exemplum sufficit, sed neces-  
 sum est, & illos, vt regnum dei cō-  
 sequantur, à regno tenebrarum,  
 in quo ob peccatū originis, à dia-  
 bolo captiui tenentur, ad regnum  
 lucis & cōsortium, ac libertatē fi-  
 liorum Dei, per spiritualem rege-  
 nationem transferri, quòd vt  
 ostendat Christus, eodē loco, quū  
 à scādalizandis & cōtemnēdis pu-  
 fillis deterret, nō quosuis pusillos  
 designat, sed eos tātum, qui in ip-  
 sum credunt, & angelorum mini-  
 sterio cōseruantur, Pertinet igitur  
 hęc locutio, ad hāc diuinę scriptu-  
 ræ

ræ interpretandæ regulã. Cum ad  
 eundẽ finẽ plura requiruntur, vno  
 posito, reliqua intelliguntur: siue  
 non vbiq; omnia præcipiuntur, sed  
 quod alibi tacetur, id aliunde sup-  
 plendum est, vt ad regnum Dei re-  
 quiruntur, Pœnitētia, fides bapti-  
 smus, regeneratio &c. cum ergo di-  
 citur, Beati pauperes spiritu, quo Math. 18.  
 niã ipsorum est regnum cœlorũ,  
 nõ sufficit sola paupertas spiritus,  
 nisi præcesserit, fides, baptismus, re-  
 generatio, & adsit charitas &c. Cũ  
 ergo inquit Christus: Si nite paru-  
 los venire ad me, talium est em̃ re-  
 gnum cœlorum, hanc vltimã par-  
 ticulã explicat ipse Christus, cum  
 inquit. Nisi cõuersi fueritis, & effi-  
 ciamini sicut paruuli, nõ intrabitis  
 regnũ cœlorũ. Quicunq; ergo hu-  
 miliauerit se, sicut paruulus iste,

## DE BAPTISMO

hic maior est in regno cœlorum.  
*Marc. 10.* Quisquis non recipit regnum cœli,  
 velut paruulus non intrabit in il-  
 lud. Sensus igitur est, illorum esse  
 regnũ cœlorũ, siue eos esse aptos  
 ad cõsequẽdum regnum cœlorũ,  
 qui innocẽtia, simplicitate, humi-  
 litate, exemplum paruulorũ refe-  
 runt. At manifestum est adultis ad  
 consequẽdum regnum cœlorum,  
 non solam hanc humilitatem, qua  
 se ad exemplum paruulorum de-  
 mittãt, sufficere, nisi ex aqua & Spi-  
 ritu nascãtur, & per lauacrum re-  
 generationis à peccato munden-  
 tur, & in Christi corpus baptizen-  
 tur: ita neq; pueris ad regnum cœ-  
 lorum obtinendum sufficit inno-  
 cẽtia illa, humilitas, & simplicitas,  
 natura illis insita, verum ijs & illud  
 opus est, vt ex aqua & Spiritu re-  
 nascan-

nascentur, cum & ipsi ex carne nati, caro sint, quæ regnum Dei possidere non potest: necessum est igitur lauacro aquæ à peccato mudentur & sanctificetur, cum & ipsi peccato obnoxij sint, quod per vnũ hominem in vniuersum mūdum intrauit, necesse est vt per baptismi gratiam Deo reconcilientur, cum natura sint filij iræ.

At videmur nonnullis nimium aquæ tribuere, cum ei regenerationem, adoptionē, & salutem tribuere videamur, imò vero idolum nobis aquã fieri, cum creaturæ tribuuntur quæ Dei sunt propria, vt regenerare, remittere peccata &c. Verum Ecclesia Christi non plus aquæ vel reliquis creaturis tribuit, quam ipse auctor creaturæ iussit, & voluit, quid autē in diuinis lite-

## DE BAPTISMO

ris manifestius, quàm ea quæ Deo  
 propria sunt, ministris tñ & ministrijs,  
 tanquã instrumentis à Deo  
 ordinatis, attribui & cõmunicari,  
 quæ haud dubiè creaturæ sunt, Ne-  
 mo autẽ nescit, hæc esse Dei pro-  
 pria, regenerare, remittere pecca-  
 ta, salutem cõferre, &c. quæ tamen  
 omnia creaturis, tanquam organ-  
 nis & medijs in diuinis literis attri-  
 buta legimus. Huiusmodi autẽ or-  
 gana diuinæ operationis triplicia  
 sunt. Primum ipsi apostoli, siue mi-  
 nistri, de quibus Christus inquit Io-  
 an. 21. Quorum remiseritis pecca-  
 ta, remittentur eis, Acto. 22. Mit-  
 to te ad gentes, vt aperias oculos  
 cœcorum, 1. Corint. 4. Ego vos in  
 Christo per Euangelium genui,  
 1. Timot. 4. hoc faciens & te ipsum  
 saluum facies, & eos qui te audiunt.  
 Secun-

Secundo loco est verbum, ministri ore prædicatú, de quo Paulus. Fides ex auditu est, auditus autē per verbum Dei: & idē prædicationē Euangelij ab ipso annuntiati, vocat potentiã dei, ad salutē omni credenti, & Iacobus: Suscipite cum m̄suetudine insitú verbum, quod potest saluare animas vestras. Tercio loco, sunt sacramēta, siue sacra symbola, verbo coniuncta, vt ad Eph. 2. dicitur, christus mūdare lauacro aquę p̄ verbú, & paulus baptisimú appellat, lauacrú regenerationis, siue regenerans, ananias quoq; Paulú iubet, baptismo peccata abluere, & Christus, p̄nuntiat ingressuros in regnū dei, ex aqua & spiritu renasci debere. Vides hic aquæ mundationē, regenerationē & ablationē peccatorú apertē tribui,



## DE BAPTISMO

quæ actiones dei propriae sunt: quoniam  
& verbum externum flatu oris mi-  
nistri in aëre formatum, an non eti-  
 am creatura est? cuius tamen neces-  
 sitatem in consequenda salute ne-  
 gare non possumus, ut per quod fi-  
 des qua iustificamur, in animis ele-  
 ctorum efficitur. At hæc signa cor-  
 poralia, à Christo sanctificata, & ad  
 sacrum ministerium instituta, & ac-  
 commodata, quid aliud sunt, quam  
 ut Augustinus loquitur, verba visi-  
 bilia: nihil igitur absurdi est, si id vi-  
 sibili quoque verbo tribuatur, quod  
 audibili verbo tribuitur, imò à di-  
 uinis literis utriusque communicatur,  
 veruntamen hoc quoque certum est  
 hæc creaturarum ministeria, quam-  
 uis diuinæ actionis sint instrumen-  
 ta, nihil tamen per se efficere, atque  
 operari, nisi impellente & cooperante  
 te

te Deo, & vim atq; efficaciam, ver-  
 bis ac signis subministrante, atque  
 hoc est quod Paulus inquit, neque  
 qui plantat, neque qui rigat est ali-  
 quid, sed qui cremētum dat Deus.  
 Ibidem tamen dicit, Dei coopera-  
 rij sumus, quapropter & alijs scri-  
 pturæ locis, eadē hæ actiones quas  
 creaturarum ministerio operatur  
 Deus, vt deo propriæ commemo-  
 ratur, Luc. 5. Quis potest dimitte-  
 re peccata nisi solus Deus, Esai. 43.  
 Ego sum ipse, qui deleo iniquita-  
 tes tuas, Osee 13. tantummodo in  
 me auxilium tuum. Ioan. 6. nemo  
 potest venire ad me, nisi pater me-  
 us traxerit illum. Matth. 16. Caro  
 & sanguis nō reuelavit tibi, sed pa-  
 ter meus q̄ est in cœlis. 2. Cor. 10.  
 Qui confirmat & vnxit nos, Deus  
 est. atq; hic obseruandum est, hanc

## DE BAPTISMO

emundationem, regenerationem  
 & sanctificationem, internis quo-  
 que medijs nonnunquam tribui-  
 primum spiritui Dei, de quo Pau-  
 lus, 1. Cor. 6. Sed abluti estis, sed iu-  
 stificati estis, sed sanctificati estis in  
 nomine Dñi Iesu Christi, & in spi-  
 ritu Dei nostri. Itē, quod natū est  
 ex spiritu. Spiritus est: ita in sacra-  
 mento baptismi spiritus aquæ con-  
 iungitur, vt cū à Paulo baptismus  
 appellatur lauacrum regeneratio-  
 nis, & renouatiōis Spiritus sancti  
 & Christus inquit. Nisi quis natū  
 fuerit ex aqua & Spiritu, & Pau-  
 lus, 1. cor. 10. Oēs in vno spiritu, in  
 vnū corpus baptizati estis. Alterū  
 est sanguis Christi, de quo Ioan-  
 nes: Sanguis Iesu Christi emundat  
 nos ab omni peccato, & ad hebr. pau-  
 lus, purgationem faciens peccato-  
 rum

rū in sanguine suo. hic quoq; sanguis vnā cum aqua, ad regenerationē cooperatur, vt Ioannes declarat, cū inq̄t, om̄e quod natū est ex Deo, vincit mundum, Christū aut̄ per quem renascimur, venisse per aquā & sanguinē, nō aut̄ per aquā tantum, sed per aquā & sanguinē, vt ostendat nos in baptismo cū renascimur, nō tam aqua quā Christi sanguine purgari: hæc aut̄ regenerationis & salutis nostræ instrumenta deo & christo cōiuncta sunt. duo sunt alia, q̄ in ipso hoīe sanctificando spectātur, & requiruntur. Pœnitentia & fides, quæ & ipsa dei dona sunt: inter hæc, tanquam inter Deum & hominem, interiecta sunt tria illa quæ diximus, minister, qui Dei vicem implet, verbum quod spiritui, & sacramentū, quod

## DE BAPTISMO

quod sanguini Christi responderet.  
 Verbum enim per spiritum efficax  
 est, & sanguis Christi per aquam  
 emundat, in qua emundatione per  
 aquam, quæ vim suam ex sanguine  
 Christi mutuatur, etiam verbum  
 cum spiritu, & ministrū cum Deo  
 accedere necesse est. In ijs verò, qui  
 rationis vsu iam pollent, etiā Pœ-  
 nitentia & fides requiruntur. Qui  
 verò per ætatem ratione nondum  
 uti possunt, ut infantes, ij sanè neq;  
 Pœnitentiam, neq; fidem præstare  
 possunt, regeneratione tñ & emū-  
 datione à peccato opus habent, &  
 ab ea non excluduntur. Quare re-  
 liqua omnia in illis locum habent  
 neq; tamē prorsus huiusmodi in-  
 fantes, pœnitentiæ & fidei exper-  
 tes sunt, quibus Ecclesia fidem suā  
 communicat, cum eos in fideiū so-  
 cietate

cietatē recipit. Quare & prisca Ec-  
clesiæ consuetudine per ora gestā-  
tium, pœnitentiam renunciando  
Satanæ, & fidem credendo in Deū  
profitentur: neq; negari potest, ef-  
ficax in ijs esse verbum Dei, non vt  
eius auditu fidem concipiāt, sed ei-  
us virtute, benedictionē & gratiā à  
Deo percipiant, nam & verbū Dei  
infantibus quoq; prodesse scriptu-  
ra testatur, cum iussu Dei postibus  
sanguine illitis primogenita ser-  
uantur: verbum quoq; illud Dei  
ad Abrahamū. Ego sum Deus tu-  
us, & Deus seminis tuis, circum-  
cidetur ex vobis omne masculi-  
num, haud dubiè infantibus, ex  
Adæ stirpe prognatis saluti fuit, in  
quibus exemplis, argumētum ha-  
bemus, parentum siue maiorum  
fidem, verbo Dei habitam, infanti-  
bus

## DE BAPTISMO

bus quoq; ad salutem deputatum  
 fuisse, quemadmodum ex aduerse  
 contemptus eiusdem verbi, iisdem  
 infantibus fraudi & damnationi  
 esse potest. Est etiam verbum, iussu  
 Christi, baptismi administrationi  
 coniunctum, quo qui baptizatur  
 in patris, filij, & Spiritus sancti no-  
 men, à ministro baptizari iubetur.  
 atq; hoc verbum, vnà cum elemē-  
 to, cooperante merito sanguinis  
 Christi, regenerationem & remissio-  
 nē peccatorum operatur, quæ  
 sine Spiritu non efficitur, quem-  
 admodum circumcisio in infanti-  
 bus, spiritualis & internæ circum-  
 cisionis haud inane signum fuit,  
 idq; haud dubiè virtute diuini Spi-  
 ritus: si enim in infantibus fuit ve-  
 ra circumcisio, vereq; inter Iudeos  
 numerati sunt, necesse est eam cir-  
 cum-

cumcisionem non carnis tantum, sed etiã quodammodo cordis fuisse, quæ spiritu, constat nõ litera, deus itaq; oblatos sibi infantes spiritu suo & sanguine filij sui opera ministri per verbũ & aquã, munda, abluit, iustificat, sanctificat, regenerat, & in filios adoptat, & membris ac corpori filij sui consociat, cur aut hoc beneficiũ baptismi alijs infantibus tribuatur, alijs verò negetur mouere neminẽ debet, qui mysterium electionis ex Paulo cognouerit, qui asserit nõ carnis sed promissionis filios æstimari in semine, infideliũ aut infantes carnis sunt tantũ, fideiũ verò, si eos christo sanctificandos offerunt, promissionis sunt filij, cuius itaq; vult miseretur Deus, quẽ vult indurat, & Deus arbitrato suo alia fingit vasa  
in



## DE BAPTISMO

in honorem, alia in contumeliam  
 hæc autem vasa misericordiæ sunt  
 non quiuis, sed vocati & electi, et  
 Iudæis & gentibus, ex quibus con-  
 stituit plebem suam, & Ecclesiam  
 suam: quæadmodum hodiè & hæc  
 ætenuis multi in gentibus fuere, quibus  
 occulto, sed iusto Dei iudicio  
 nec Euangelij prædicatio ad salu-  
 tem, nec Baptismus ad ablutionem  
 peccatorum contigit, quos in  
 Dei subiectos, dubium nõ est, cum  
 in peccato maneant, à quo nemo  
 liberatur, nisi cuius miseretur De-  
 us, miseretur autem cuius volue-  
 rit, vult autem misereri illis, quos  
 elegit, quos etiam cum vult verbo  
 suo vocat, & per fidem sibi obedi-  
 tes iustificat, & postea in bonis op-  
 eribus perseuerantes glorificat. Sed  
 hæc tibi iniqua videtur responde-  
 be

bo cum Paulo: non est iniquitas apud Deum, & exclamabo cū eodem, O homo tu quis es qui respōdes Deo, nunquid dicet figmentū figulo, quare me fecisti sic? Si hæc non intelligas, exclama mecum cum apostolo. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quā incomparab. sunt iudic. eius, & inperuestigab. viæ eius.

Quæstio aut̄ hic exoriri possit de infantibus, quorū parentes, tacti Christianum nomē præferāt, atq; ad Ecclesiæ corpus, quāuis putria membra pertineant: tamen animi impietate à Christo & eius corporis spirituali societate prorsus sunt alieni. Horum autem duo genera esse possunt. Nā quidā vt ipsi sint improbi, tamē infantibus suis, baptismum Christi, pdesse credunt:

D Itaq;

Itaq; eos baptizandos offerunt, filij ipsorum, hoc christi beneficium in baptisimi sacramēto oblatum, constituātur. Aliud autē est genus hominū, qui nō modo moribus improbi sunt, sed etiā animo infideles & epicurei, vel certē hypocritæ & dissimulatores, q̄ baptisimi Sacramentum vel in totum contēnunt, vel infantibus nihil omnino prodesse sentiunt: sinunt tñ liberos suos baptizari, ne contēptæ religionis ab hoibus infimulentur, vel quales erant illi, de quibus ad Augustinum Bonifacius, qui infantes suos non recta fide, ad percipiendum baptisima offerebāt, videlicet quod per illud baptisma, nō gratiā spiritualis regenerationis, sed remedium temporalis sanitatis infantibus quærent. De his certē dici potest, quā-

uis ipsis sua fides ad salutem non proficiat, vt q̄ sine operibus mortua fit, veletiam quam nullam verè habeant, tamē id quod illorum priuatim fidei deest, suppleri ex fide vniuersalis Ecclesiæ: ad cuius societatem, per externam illam fidei professionem, & externum sacramentorum vsum pertineant. Itaq; cum hac actiōe, qua infantes suos Christo in Ecclesia sanctificādos offerunt, se Baptismi sacramētum probare, eiusq; virtutē in infantibus agnoscere, etiā si id per fictionē fiat profiteantur, tñ ad Baptismi sacramētum p̄cipiendum, huiusmodi fidei professio sufficere videtur, cūm etiam in adultis, ij qui baptismum administrant, ab accedentibus nihil aliud requirāt. Nā quamuis de vera fide baptizan-

## DE BAPTISMO

di interrogentur, ea tamen ab homine cognosci non potest: itaque ac impertiendum baptismum, hac fide dei professione, Ecclesiae ministri contenti sunt. Ad consequendam verò præter ipsum Sacramentum, etiam baptismi virtutem & gratiam viua fide opus est. Quare credimus Deum, ad preces, si non improborum parentum, tamē Ecclesiae suae cuius nomine hæc oblatio fit, huiusmodi infantibus donum gratiae & reconciliationis impertiri: quæ admodum olim infantes, à circumcisiōis gratia qua in societatem populi Dei admittebantur, parentum improbitas, qui eos ex dei mandato circumcidi curabant, non prohibebat. De his itaque non video, quid aptius dici possit, quàm quòd

Epist. 23.

Bonifacio rescripsit Augustinus, vide-

videlicet Spiritum sanctum qui habitat in sanctis, agere quod agit etiam per ministerium nō solum simpliciter ignorātium, sed etiam dānabiliter indignorū. Offerri quippe paruulos ad percipiendam spiritalem gratiam, non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quāuis & ab ipsis si & ipsi boni & fideles sint, quā ab vniuersa societate sanctorū atq; fidelium: ab omnibus namq; offerri, rectē intelliguntur, quibus placet quod offeruntur, & quorum sancta atq; indiuidua charitate, ad communicationem sancti spiritus adiuuātur: tota hoc ergo mater Ecclesia, quæ in sanctis est facit, quia tota omnes, tota singulos parit. Nō igitur tam refert, a quibus offerantur, quā cuius nomine offerantur. Fit autē

## DE BAPTISMO

hæc oblatio, totius Ecclesiæ, q̄ san-  
 ctorum societas est, nomine. Non  
 itaq; necesse est, ad gratiam Christi  
 percipiendam, vt à parentibus of-  
 ferantur, cum aliquãdo, vel mor-  
 tuis, vel etiã ignorãtibus vel negli-  
 gentibus parẽtibus, ab alijs offerã-  
 tur, qui parentũ affectũ induunt,  
 & vices suscipiũt. maior aut quæstio  
 existit de ijs infantibus, quorũ pa-  
 rentes per hæresim ab ecclesiæ etiã  
 externa societate, & cõmuniõe se-  
 clusi sunt: infantes aut suos in suis  
 cõuenticulis q̄bus ecclesiæ nomen  
 tribuunt, ministris eiusdẽ perfidiæ  
 baptizãdos adducũt, qui tñ in ipso  
 Baptismi mysterio administran-  
 do, formã à Christo præscriptam,  
 & in vera Christi Ecclesia vsurpatã  
 retinent. Non est autẽ obscurum,  
 quæ Ecclesiæ catholicæ de baptis-  
 mo

mo hæreticorum sententia sit, quã-  
uis aliquæ Ecclesiæ & Ecclesiarum  
antistites, probabilitate aliqua ra-  
tionum adducti, in quibus fuit &  
Cyprianus, ad aliquod tempus ali-  
ter iudicant. Ea tamen sententia  
obtinuit, eos videlicet qui Baptis-  
mum ab hæreticis, scientes nullaq;  
necessitate coacti accipiunt, tam-  
etsi illis ad salutem non proficit, vt  
qui vera viuãq; fide deficiantur, es-  
se tamen verum Christi Baptisma,  
quod ad eius substantiam & sacra-  
menti formam attinet. Nam in  
hoc sacramento, item vt in alijs ve-  
rum est, Sacramentum, absq; vir-  
tute sacramenti percipi posse, & ali-  
ud esse Sacramentum, aliud eius  
effectum & vsum, quia videlicet sa-  
cramenta quãuis ex diuina institu-  
tione vim suã & efficaciam habeant,



## DE BAPTISMO

eam tamen virtutem conferenda  
 gratiæ, non nisi in rectè credenti-  
 bus exercent. Itaq; de huiusmodi  
 adultis certum est, quod tamen  
 veram baptismi formã, & vt aiunt  
 characterem obtineant, gratia ta-  
 men baptismi careãt, donec ad Ec-  
 clesię societatem per veram cordis  
 conuersionem redeãt. Esse autem  
 apud hæreticos verum Baptisma,  
 hinc probatur, quod hæretici non  
 suum vel ab ipsis excogitatum, sed  
 Dei & Ecclesiæ, atq; ab ipso Chri-  
 sto institutum Baptisma admi-  
 nistrent, cuius iniusti vsurpatores  
 & possessores sunt, quem quidem  
 legitimum habent, sed non legiti-  
 me. Itaq; licet ipsi veraces nõ sint,  
 quod dant tamen verum est, cum  
 non dant suum sed Dei: atq; ideo  
 per quemcunq; & vbicunq; datur  
 Baptis

August. de  
 Baptis.  
 cont. Do-  
 natist. li. 5.  
 cap. 7.  
 Cõt. Epist.  
 Petilia.  
 li. 2. ca. 30.

Baptismus, illius est Baptismus de quo dictum est. hic est qui baptizat. Adde quod heretici quavis in multis ab Ecclesia separati sint, in baptismatis tamen Sacramento cum Matt. 9. Ecclesia cōiunguntur. Quare huc August. de Baptif. cont. Donatist. li. 4. cap 1. pertinet illud Euāgelium. Quinō est aduersus vos, ꝑ vobis est. Quapropter Ecclesia in huiusmodi baptismo, quod suum est agnoscit, hoc est baptismi sacramentū; quod verò alienum est, hoc est fidei corruptelam, reijcit. Itaq; de infantibus dubitandū non erit, quin multo magis apud hæreticos verum baptismi sacramentū accipiāt. Est em̄ baptismus ille, non ipsius hæresis, sed Ecclesie, cuius in eo administrādo hæretici vicem obeunt, quare etiā ex illius Ecclesie fide habet, vt verus baptismus sit: Sed an etiā in-

## DE BAPTISMO

fantibus hic baptismus gratiã & salutẽ conferat, vt si ante adultam & dolicapacem ætatẽ è vita discedant huius sacramenti beneficio regni dei potiantur, quæri potest. Credibile sane est, cùm adultis in hæreticis baptizatis, à percipienda baptismi gratia, sola animi impietas impedimẽtum adferat, nihil esse quod infantes à gratia huius sacramenti prohibeat: qui licet fidẽ nondum habeant in cogitatione, nec charitatẽ in operatione, nullum tñ obijcẽt contrariæ cogitationis, aut prauæ operationis opponunt. Quomodo de infantibus quoq; Samaritanorum, post acceptum fœderis signũ, ante iustã ætatẽ, qua defectiõni suorum maiorum consensum præbere poterant, è vita sublatis credendum existimo. Nã pietati & diuinz

August. ad  
 Bonifaciũ.

quæ scripturæ cōsentaneum est, vt  
 Dei misericordia quã maximè am-  
 ximè amplificetur, præsentim erga  
 eos, quos fœderis & gratiæ suæ si-  
 gnaculo, dignatus est: quiq; nulla  
 volūtatis pueritate, huic gratiæ ob-  
 staculū & impedimentū obijecerūt.

Hæc breuiter de his quæstioibus  
 monuisse sufficiat, scio em̄ nō pau-  
 cas huius generis quæstiones sub-  
 oriri posse, quas fateor à me expli-  
 cari nō posse, sed aliorū & peritio-  
 rum iudicia audire me malle. Non  
 ideo tñ neganda, & reijcienda esse, q̄  
 aperta & manifesta sunt, quia com-  
 prehendi vel explicari nō possunt,  
 quæ occulta vel obscura sunt, præ-  
 fertim cum hanc obscuritatem,  
 non diuina institutio, sed casuum,  
 qui in res humanas incidunt, in-  
 numerabilis variatio pariat.

COR.

DE BAPTISMO  
CORRECTIO ET  
ADDITIO.

Fol. 7. faci. i. linea 16. q̄ sequitur post verbum promissiois vsq̄ ad 13. lineã, cuius finis est, regni celestis, omitti possunt, nã parum ad rē faciunt, licebit aut̄ hæc adijcere.

Quæ autem de infantibus in Ecclesia è fidelibus parētibus natis dicta sunt, non eò pertinent, quòd nefas sit, infantem aliquem extra Ecclesiam infidelibus parentibus natum, vllò tempore baptizari. Commemorat enim August. matronas quasdam nobiles, quæ infantulos à Barbaris coemerunt, vt eos Christi baptismo Ecclesiæ iungerent. Quid enim si paganis, Iudeis, Christianis, eodem loco passim habitantibus, Christianus aliquis in exposititium infantem incidat, qui

qui fortassis Iudæis vel paganis patribus natus sit, quis dubitet eum infantem Christo per baptismum consecrandum, in Ecclesia offerri posse: & huiusmodi infantes Christi baptisate initiatos, quis neget verè ad Dei Ecclesiam pertinere? Atq; in hoc rerum casu, ij qui infantes ad se recipiunt, eosq; baptizandos offerunt, parentum illis loco sunt: atq; ea ratione in societatem populi dei affiscuntur. Què admodum domui Abrahamæ ascribuntur, non modo ij qui ex eo originem duxerunt, sed etiam vernaculi & emptitij, qui ipsi quoq; circumcidi, pactiq; Dei signum præferre iubentur. Ex quibus certè & eorum posteris nonnullos fuisse dubium nõ est, qui in societate populi Dei permanserunt, & conditio-

## DE BAPTISMO

tiones huius pacti fideliter obse-  
uarunt. Nam quod ad Ismahel ve-  
cū matre eiectū attinet, is repre-  
borum, & à societate populi Dei  
reiectorum imaginem præfert.

Supra fol. 4. fac. 2. linea 4. ubi po-  
tū est, opponi, legendū est appon-

Ad illud quod supra scribitur fol. 8.  
fac. 2. aliorū fidē vel pfidiā, alijs  
desse & obesse; hæc addi possunt.

Atq; hæc fidem parentum vel po-  
puli Dei, cōferre infantibus, ad eorū  
corporalē salutem, qua veritatis  
quoq; & spiritualis salus designat  
tur, manifestè p̄batur, exēplis scri-  
pturæ veteris, q̄ exempla typum &  
figurā eorū, q̄ in nouo testamento  
geruntur, p̄ferebāt. Fides parentū  
profuit Moyfi, fide enī Moyfes na-  
tus occultatus est mensibus tribus  
à parētibus suis. Fides Moyfi & se-  
niorum

Exod. 2.  
Hebr. II.

niorū Israel sanguine agni immo-  
 lati ædium postes aspergētium, ser-  
 uauit primogenita Israelis. Fide *Exod. 12.*  
 Moyſi & totius populi, infantes  
 Hebræorū, vnà cū ſuis parentibus,  
 tranſierunt mare rubrū, q̄ eſt figura *Exod. 14.*  
 baptiſmi. Per fidē Raab meretrix,  
 ſeruauit oēs, qui cū ea in domo fue-  
 re, hoc eſt cognationē ſuā, ne peri-  
 rēt, vnà cū his qui nō obedierunt, *Ioſue 6.*  
 atq; inter hos ſeruatos fide, & per-  
 euntes perfidia maiorum, quis ne-  
 get fuiſſe infantes? Fide rex Nini-  
 uitarū, cōmotus ad p̄dicationē Io- *Ionæ 13.*  
 næ p̄phetæ, ſeruauit ingentē mul-  
 titudinē infantū, qui vnà cū parē-  
 tibus fuerant exitio deſtinati, atq;  
 hæc oīa in figura illis contigerunt,  
 ex q̄bus intelligitur, ſalutē & exi-  
 tum infantium in fide & perfidia  
 parentum ſiue maiorum cōtineri.

SECVN-



# SECUNDA PROPOSITIO.



**I**NFANTIBVS etiam in  
Ecclesia natis, regeneratione  
& renascentia, id est, remissionem  
peccatorum & adoptione opus esse  
ad regnum Dei consequendum.

## EXPLICATIO PROPOSITIONIS SECUNDE.



**I**NFANTES secundum carnalem propagationem ex vno Adamo sunt, quot quot autem ex Adamo sunt, in peccato sunt, filij iræ sunt &c. Igitur & infantes, quatenus sunt ex Adamo in peccato sunt. Per vnum, (inquit Paulus) hominem peccatum introiit in mundum, & per peccatum mors & sic in omnes homines mors peruenit.

Rom. 5.

uasit, eò quod omnes peccauerunt,  
ad similitudinem præuaricationis  
Adæ. Itē Paulus: Per vnus inquit,  
delictum, factum est, vt omnes ho-  
mines condemnentur, igitur & vi  
huius mali condemnantur infan-  
tes: à peccato autem & condemna-  
tione nemo liberatur, nisi per gra-  
tiam iustificatiōis. Quēadmodum  
enim regnavit peccatum in mor-  
tem, sic & gratia regnat per iustiti-  
am. Item: Omnes peccauerunt, &  
destituuntur gloria Dei, iustificā-  
tur autem gratis per gratiam ipsi-  
us, per redemptionem, quæ est in  
Christo I E S V. Opus igitur habent  
infantes, vt per sanguinem Chri-  
sti redimantur & iustificentur, re-  
cōcilientur per mortem filij Dei,  
& in filios adoptentur, ac de re-  
gno tenebrarum in regnum lucis

E. trans-

## DE BAPTISMO

transferantur. Porro quid his omnibus aliud significatur, quam spiritalis quædam regeneratio, & renascentia ac renouatio? Nã ex carnali generatione filij Dei esse non possunt. Quod enim ex carne natum est, caro est, vt igitur filij Dei constituentur, alia, eaq; spiritali regeneratione opus est. Regnum enim Dei, quæ hæreditas est filiorum, non debetur nisi filijs. Sunt autem infantes capaces regni Dei, igitur & adoptionis spiritalis seu regenerationis, qua sola filij Dei constituuntur. Est igitur in infantibus, qua ratione ad regnum Dei pertinent, alia & noua vita, præter eam quam carnali propagatione acceperunt: quæ noua vita, nisi per nouam generationem haberi non potest, quamuis hæc  
 rege-

regeneratio in infantibus longè  
aliter, quàm in adultis spectetur.  
Sunt enim gradus in hac regene-  
ratione. Nam in infantibus con-  
stat tantum remissione culpæ &  
adoptione, ac acceptatione ad vi-  
tam æternam, quamvis an illis eti-  
am scintillæ quædam ac semina di-  
uinorum donorum inserantur,  
quæ postea pia educatione & in-  
stitutione excitari debeant, quæ-  
ri potest. In adultis verò, mem-  
brorum carnis mortificatione, &  
interioris hominis renouatione  
est opus, quemadmodum in vi-  
ta naturali, longè aliter apparet  
vita naturalis quâ homines sunt,  
& à brutis differunt, in adultis at-  
que infantibus. Nam dum infan-  
tes sunt, quamvis reuera facul-  
tate rationis à brutis differant,

E 2 tamen

DE BAPTISMO

tamen nihil admodum discrimi-  
 nis inter ipsos & brutos animan-  
 tes apparet, imò brutis ipsis magis  
 bruti videntur. Est itaq; hæc con-  
 secutio necessaria. Infantes, vt ca-  
 paces sint regni Dei, hæredes esse  
 debere regni cœlestis. Hæredes au-  
 tem esse non possunt, nisi sint filij.  
 Quod si filij sint dei, necesse est hæc  
 filiorum Dei dignitatem eos con-  
 sequi, aut ex carnali generatione,  
 aut ex spirituali regeneratione. Ex  
 carnali autem generatione nõ nisi  
 caro sunt: porro caro & sanguis  
 regnum Dei non possidebunt: cõ-  
 sequitur ergo infantes vt filij sint  
 Dei, & hæredes regni cœlestis, re-  
 generatione opus habere, qua ex  
 aqua & spiritu renascantur, & in  
 dei filios adoptentur &c. Ipse Men-  
 no fatetur, hæc tria, accipere nouã  
 gene-

*In funda-  
 mēto Chri-  
 stianæ do-  
 ctinæ.*

generationem, induere Christum,  
 & fieri participem spiritus sancti,  
 inter se ita esse coniuncta, vt qui  
 vnum habeat, habeat & reliqua: at  
 quis dubitare potest, infantes eos,  
 ad quos pertinet regnum dei, par-  
 ticipes esse spiritus sancti? Nemo  
 enim regnum dei consequi potest,  
 nisi sit Christi, & membrum corpo-  
 ris eius, nemo enim ascendit in cœ-  
 lum, nisi qui descendit de cœlo: at  
 qui Christi est, is etiam habeat spi-  
 ritum Christi necesse est, nã iuxta  
 apostolum. Qui spiritum Christi  
 non habet, hic nõ est eius: sunt igitur  
 infantes ij quorum est regnum  
 Dei participes spiritus sancti: in-  
 duunt igitur Christum, & accipiunt  
 nouam generationem in Christo,  
 dũ in Christo, baptismo Christi in  
 aqua & spiritu sancto renascuntur.

## DE BAPTISMO

Quòd hic obijciunt, nullas huius  
 nouæ vitæ siue regenerationis no-  
 tas, in pueris etiam baptizatis, iam  
 adolescētibus obseruari, nec quicquam  
 inter baptizatos pueros, &  
 non baptizatos esse discriminis: cer-  
 tendum erit, an non sceleratos il-  
 los, qui Monasteriensem tragœdi-  
 am excitauerunt, baptismo suo  
 quē vnū legitimū habent, baptiza-  
 tos existimēt. At qui cōstat illos ni-  
 hilo inferiores fuisse, imò crudeli-  
 tate & immanitate, longè superio-  
 res reliquis militibus Christiano &  
 catholico more baptizatis. Non  
 hæc eò dico, qd̄ eos quibuscū nobis  
 hic negociū est, Monasteriēsis sedi-  
 tionis, vel Batenburgici furoris præ-  
 iudicio grauare & opprimere ve-  
 lim, cum sciā Vbbonē, Mennonē,  
 & theodoricū Philippi quos hi po-  
 tissimum,

tissimum auctores sequuntur, à se-  
ditiosis illis cōsilijs semper abhor-  
ruisse, & istorum hoīm furoribus  
acerrimè restitisse. Sed cū fateri co-  
gantur, perditissimos illos & pro-  
fligatissimos hoīes improbatō Ba-  
ptismo, quē catholicæ ecclesię ritu  
infantes acceperant, nouo isto Ba-  
ptismo, quem solum verum & le-  
gitimum ducunt baptizatos fuis-  
se, ostēdere volui, ne eum quidem  
Baptismum, vel ipsorum iudicio  
fatis esse, ad innatam illam cupidi-  
tatem, quę fax est vnde omnia sce-  
lera accenduntur, cohibendam &  
restinguendam. Quomodo igitur  
in adultis baptizatis, ita & infanti-  
bus, vbi adoleuerint, institutiōe o-  
pus est, qua innatum concupiscē-  
tiæ malum, coërceatur. Neq; enim  
Baptismus vel in infantibus, vel in



## DE BAPTISMO

adultis fomitem illum peccati extinguunt, sed eius reatum, ne ad culpam & ad mortem æternam imputetur, tollit: quem quum solum in infantibus deprehendat, in eius condonatione, & reconciliatione ac adoptione ad vitã æternam baptismi virtus in infantibus perficitur, quamuis, vt iam dixi, etiam occultũ aliquod donũ Spiritus sancti infantibus inferatur disputari potest. Certè in concilio Viennensi sententia illa, quæ non adultis modo, sed etiã infantibus in baptismo habitum quendã gratiæ & virtutum infundi docet, vt qua efficacia mortis Christi magis commendetur, potius eligenda decernitur. Augustinus sanè Epistola ad Dardanum, manifestè asserit in baptizatis paruulis quamuis id nesci-

nesciant habitare spiritum sanctū. Sic enim inquit cum nesciūt, quāuis sit in eis, quēadmodum nesciūt & mētem suam, cuius in eis ratio, quā uti nō possunt, velut quædam scintilla sopita est, excitanda ætatis accessu. Quod si ita est, mirum sanè non est, si ut igniculi illi, quos non absurdè Philosophi, hominibus à natura ad honestatem amplectendam datos putant, peruersæ consuetudinis corruptela, in plebisq; extinguuntur: ita in pueris scintillæ quædam pietatis, à spiritu sancto in baptismo inspiratæ, in hac peruersitate consuetudinis, & mollitiæ educatiōis deleātur, quas exemplis & hortatu pietatis foueri & excitari oportuerat. Alioqui & illi, qui adulta ætate baptizati sunt, non statim à baptismo grati-

DE BAPTISMO

am accipiunt, ut prorsus in  
 peccatum & concupiscentia  
 leatur & extinguatur, sed ut spi-  
 ritus sancti præsidio adiuti, ad-  
 uersus concupiscētiam perpetuo  
 insurgentem, & ad sui obsequi-  
 um sollicitantem, fortiter stre-  
 nueq; decertent: quin electi non-  
 nunquam etiam à baptisimi myste-  
 rio grauissimis sceleribus, Deo  
 permittente succumbunt. Quis  
 an non etiam multi in ipsis Eccle-  
 siæ exordijs, ab ipsis etiam aposto-  
 lis post fidei professionem bap-  
 tizati, in ea scelera lapsi sunt, ob que  
 regni Dei consortio in perpetu-  
 um sint exclusi? De Simone cer-  
 tē Mago constat illum & credidisse  
 & baptizatū fuisse, & Philippo ad-  
 hæsisse, qui tamē mox, quòd pote-  
 statem cōferendi spiritus sancti pe-  
 cunia

cunia redimere vellet, à Petro extremæ malitiæ & peruersitatis arguitur. An non illi quoq; baptizati fuere qui in nomine christi prophetarunt, miracula ædiderunt, demonia eiecerunt, quod sine insigni dono spiritus sancti non contigit, & tamen in extremo illo iudicio audient. Non noui vos, discedite à me operarij iniquitatis? Quare vt De nat. & grat. Cap. 52. & 53. copiose ab August. aduersus Pelagianos disputatur, etiam baptizatis aduersatur caro, quibus à Paulo dictum est, caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Item mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, Rom. 8. Coloss. 3. Et si secundum carnem vixeritis moriemini, quod si spiritu, facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quare etiam adultis

DE BAPTISMO

tis post baptismum, & institutionem  
& exhortatione opus est, vt inhabi-  
bitanti in se peccato resistat. Quia  
igitur mirum si infantibus quoque  
iam adolescentibus, exerente iam  
& prodente se agnata carnis concu-  
piscencia, institutiones & exhorta-  
tiones adhibendæ sunt, quibus ad  
carnis spiritui reluctantis, coerciti-  
onem, & interioris hominis innova-  
tionem, iam in baptismo inchoa-  
tam excitentur, & beneficij in eor-  
dem baptismo accepti, & facti pro-  
missi, & significati mysterij com-  
muneantur.

Quæ autem de virtute & effica-  
cia baptismi, tam in adultis quàm in-  
fantibus diximus, eam videlicet, non  
in extinguenda penitus, & abolen-  
da concupiscencia, sed in eius reatu  
& noxa tollenda consistere, pul-  
chrè

chrè explicantur à B. Augustino  
lib. de peccatorum meritis & re-  
miss. contr. Pelagi. In paruulis in-  
quit gratia Dei, per baptismum ei-  
us, qui venit in similitudinem car-  
nis peccati, id agitur, vt euacuetur  
caro peccati. Euacuatur autè, non  
vt in ipsa viuente carne concupis-  
centia conspersa, & innata repens-  
te absumatur, & non sit, sed ne ob-  
sit mortuo, quæ inerat nato. Nam  
si post baptismum vixerit, at que ad  
ætatem capacem præcepti perue-  
nire potuerit, ibi habet cum qua  
pugnet, eamq; adiuuante deo su-  
peret, si nõ in vacuum gratiam ei-  
us susceperit, si reprobatus esse no-  
luerit. Nam nec gradibus hoc præ-  
statur in baptismo, nisi fortè mira-  
culo ineffabili omnipotentissimi  
creatoris, vt lex peccati, quæ inest  
mem-

## DE BAPTISMO

membris repugnans legi mētis pro-  
 nitus extinguatur, & nō sit, sed  
 quicquid mali ab homine factum  
 dictum cogitatum est, cum e-  
 dem concupiscentiæ subiecta mē-  
 te feruiret, totum aboleatur,  
 velut factum nō fuerit habeatur.  
 Ipsa verò soluto reatus vinculo  
 quo illam diabolus animam reti-  
 nebat, & interclusione destructa  
 quæ hominem à suo creatore se-  
 parabat, maneat in certamine, quo  
 corpus nostrū castigamus, & seru-  
 tuti subijcimus. patet itaq; ex ijs o-  
 bus q̄ supra dicta sunt, infantes, car-  
 nali natiuitate damnatos, spiritua-  
 li regeneratione per lauacrum re-  
 generationis renasci debere, vt filij  
 dei, & hæredes cœlestis regni effici-  
 antur, manifestum enim est, omnes  
 in Adam dānationi obnoxios esse  
 nascens

Ambros.  
 li. 10. Epi-

nascendo, nisi in Christo liberati fuerint renascendo: manet enim etiã nunc in Ecclesia constitutio saluatoris, dicentis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu non intrabit in regnũ cœlorũ: Quapropter non exiguum in baptismo ex Christi morte beneficium consequuntur infantes, tametsi concupiscentia illa carni agnata, & in hærens, non penitus auferatur: non solum enim eius noxa remittitur & reatus auferitur, verum etiã ijs additur sanctitas, iustitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Christi, vt eius membra sint, & spiritus habitatio fiant. Ad potentiam enim diuinæ operationis in Baptismo referendũ est, quòd dum homo exterior abluitur, mutatur interior, & fit noua creatura de veteri, vasa iræ,

in

*stolarũ, ad  
D. me-  
tria. uirg.*

*Chryf. ho-  
mil. ad  
Neophy-  
tos.*

*Ambros.  
ubi supra.*



DE BAPTISMO

in vasa misericordiae transferuntur, & in corpus Christi conuertitur caro peccati, de impijs iusti, de captiuis liberi, de filijs hominum, fiunt filij dei: illud enim in ipso regenerationis munere, in omnibus agitur, qui in Christo renouantur, & per Christum renouantur in Deum, per ipsum saluantur, infantes, paruuli, pueri, inuenes, & seniores, nam Deus vt personam non accipit, sic nec aetatem, cum se omnibus, ad coelestis gratiae consequutionem praebet parem.

*Iræneus  
cōt. here-  
ses, lib. 2.  
cap. 39.  
Cyprianus  
li. 3. Epis. 8  
ad fidum  
presbyte-  
rum.*

TERTIA

# TERTIA

## PROPOSITIO.

**I**S quibus regeneratione, & renascentia opus est, ad regnum Dei consequendum, baptismum quoq; adhiberi debere, quod huius regenerationis est Sacramentum.

### EXPLICATIO PROPOSITIONIS TERTIÆ.

**D**OCTRINA ECCLESIE de infantium baptismo ex divinis literis huiusmodi est: per primum hominem venisse peccatum in omnes homines, eiusq; peccati non adultos tantum per imitationem, sed etiam infantes per propagationem reosteneri. Deum autem statim misertum

F      huma-

DE BAPTISMO

humani generis, promississe semper quod inflictū illud peccati vulnus sanaretur, maledictio & damnatio auferretur, & benedictio æternæ vitæ donaretur, quæ promissio etiam infantes complectitur, qui eodem vulnere faucij & eodem maledictioni obnoxij tenentur: hanc promissionem eiusque virtutem, maximè declaratam esse in Abrahamo, quem proposuit Deus patrem & exemplar omnium credentium, cum hoc & eius posteritate, Deus pactum iniit quo se Deum illi, eiusq; liberis & posteritati futurum pollicetur, id est, tutorem, defensorem, conservatorem, remuneratorem, & ab eò vicissim eiusq; semine & posteritate, fidem, obedientiam, & observationem præceptorum suorum

rum exegit. Atque huius pacti signum instituit, circumcisionem in masculis, quo & pacti illius memoria diligentius conseruaretur, & de corruptela naturæ, & cupiditate naturę insita, coercēda & rescindenda, admonerentur. Hoc pactum Dei cum electo populo, non tantum ad adultos, sed etiam ad infantes ex ijs prognatos extendebatur. Quapropter & signum illius pacti etiam ad infantes pertinere voluit. Postquam autem tempus venit, quo DEVS olim per Prophetas loquutus, nunc per vnigenitum filium suum hominem factum nobis loqui dignatus est, & quæ antiquitus varijs promissionum inuolucris adumbrata erāt, nunc manifestè explicarentur, & exhiberentur, doctrina quoq; illa

## DE BAPTISMO

de corrupta per peccatum natura  
 de necessitate remissionis peccato-  
 rum, de recōciliatione per sangu-  
 nem Christi, eorum qui in Christo  
 reconciliatorem credunt, clarius  
 quoq; annuntiari & prædicari coe-  
 pit: quæ doctrina de remissioe pec-  
 catorum, & iustificatione gratui-  
 ta per Christum, omnium qui cre-  
 dunt in illum, propriè Euangeli-  
 um dicitur: cuius doctrinæ præ-  
 cipuæ partes, quæ sunt de corrup-  
 tione naturæ, seu originali pec-  
 cato, ex Adam contracto, de re-  
 missione peccatorũ, & iustificatio-  
 ne per Christum exhibita, etiam ad  
 infantes pertinent, quos constat  
 originali contagione vitiatos, &  
 carnali natiuitate perditos, non  
 nisi Christi sanguine ablui, & re-  
 generatiõe spirituali reparari pos-  
 se.

se. Nam cum omnes homines etiam infantes peccato obnoxij, & diuinæ iræ subiecti nascantur, non aliter saluari possunt, nisi per Christum & eius spiritum renascantur, quod hæc doctrina Euangelij passim docet, Itaq; hac doctrina nouum quoddam pactum, seu nouum testamentum, cum nouo & fideli populo institutum est. Porro olim patribus, qui vetus illud pactum amplectebantur, signum quoddam, quo de gratia Dei, & eius promissis confirmarentur, & in societatem populi Dei ascriberentur, iniunctum fuit, nempe circūcisionis, quòd ad infantes quoque pertinebat. Ita in hoc nouo testamento, huius de quo diximus emundationis & regeneratiōis signum, ab ipso Christo institutum, & ab

## DE BAPTISMO

eius apostolis prædicatū, & administratum est, quo signo, & remissio hæc peccatorum & regeneratio, quibus constat hoc nouum Testamentum, consignaretur, & in societatem populi Dei, hoc est Ecclesiam & corpus Christi, imò in filios Dei, qui ad id electi & vocati essent, referrentur & adoptarentur, quo in numero etiam infantes ponuntur, quia remissionis peccatorum & regenerationis indigent, & ad Ecclesiam & Christi corpus, & numerum filiorum Dei referri & conscribi possunt.

Vt aut hanc catholicam & apostolicam de Baptismo infantium doctrinam, clarius explicemus, & validius confirmemus, operæpretium fore puto, si impedimenta illa, quibus hodie non pauci ab hac  
no-

Doctrina, de infantibus baptizãdis auocantur, in mediũ proferamus atq; ad ea remouenda & tollenda solidas & firmas ex diuinis literis ratiões adducamus, qua ratione & errores confutabimus, & veritatem stabiliemus. Primum itaq; impedimentum est, ex verbis Christi sumptum, Matth. 28. & Marci vltimo. Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui non crediderit condemnabitur: ex quibus verbis colligunt, eos tantum, qui doctrinæ verbum audiunt, & audito verbo credunt, baptizandos esse, itaque infantes à Baptismo excludi qui neque audire, neque credere possunt. Causa huius erroris est,



## DE BAPTISMO

quod eorum verborum intelligē-  
 tiam ex causis dicendi nō animad-  
 uertant, quòd si fiat facilè appare-  
 bit, his verbis infantes à baptismo  
 non excludi, nō magis sanè quàm  
 à salute. Sunt autem tres præcipuæ  
 causæ, quæ à fide Ecclesiæ Catholi-  
 cæ aberrâtes, à verò intellectu scri-  
 pturæ in falsam opinionem abdu-  
 cūt. Primū est, quod in vnū aut al-  
 terum tantum locum scripturæ  
 intuentur, reliquis locis ex quibus  
 vera interpretatio & intelligentia  
 propositę quæstionis perspicari pos-  
 sit, præteritis & neglectis: vt Arria-  
 ni hunc locum præcipuè vrgebāt.  
 Pater maior me est, ex quo filium  
 etiam ratione diuinæ naturæ, infe-  
 riorem esse patre ostendere nite-  
 bantur, cuius rei pulcherrimum  
 exemplum extat apud Irenæum  
 lib.

lib. 5. Quemadmodum inquit pæ-  
læstra infueti concertantes, alijs  
vnamquamlibet corporis partem  
totis complectentes manibus, per  
illud quod detinent cadunt, & ca-  
dentes putant se vincere, eò quod  
contentiosè teneant illud, quòd  
primum apprehenderunt mem-  
brum, sic & hæretici, caro & san-  
guis regnum Dei possidere non  
possunt, duas dictiones tollentes  
à Paulo, neque sensum apostoli  
perspexerunt, neque virtutem di-  
ctionum scrutati sunt, nudas au-  
tem ipsas dictiones tenentes, cir-  
ca ipsas moriuntur, vniuersam di-  
spositionem dei, quantum in ipsis  
est euertentes. Alterum, quò ho-  
mines in errore retinentur est,  
quòd occasione dictorum, ex cau-  
sis dicendi & circumstantijs nõ ani-

## DE BAPTISMO

maduertant, vt in hoc quoq; loco Pater maior me est, Arriani explicando errauerunt, cū non obseruarint hæc de humiliore non de sublimiore natura dici. Tertium est, quod interpretationem, quæ fit per ratiocinationem & consequentiam non admittūt, sed nudistantum scripturæ verbis insistent, nihilq; in doctrina religionis admittere volunt, quod non expressè & totidem verbis in sacris libris explicetur, auctoritatem autem illam Ecclesiæ antiquæ & Catholicæ in sensu diuinorum scriptorum enarrando & doctrina apostolica explicanda, profus reiiciunt: inde est quod Arriani homousion reijecerunt, & olim Sadducæi resurrectionē mortuorum negarunt, neq; hunc locum.

Ego

Ego sum Deus Abraham, Isaac & Jacob, rectè intellexerunt, ex quo loco si non apertè, certè per consequentiam, per manus à maioribus traditam, & à Pharisæis perpetuo retentam, resurrectio mortuorum ipso Christo interpretante, & ratiocinante demonstratur. Hoc ingenium atq; hunc morem hæreticorum expressit olim Maximus Arrianorum Episcopus in disputatiõe habita cum Augustino Catholicæ ecclesiæ Episcopo. Si quid, inquit, à diuinis scripturis protuleris, necesse est ut audiamus. Hæverò voces quæ extra scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur, præterea cùm ipso Dñs moneat nos, & dicat. Sine causa colunt me, docentes mandata & præcepta hominum. huic postea

Cont. Maximū Arrianō. Episcopū li. 1.

## DE BAPTISMO.

Lib. 3. ca. 3. Iste Aug. breuiter respōdit exigē  
 testimonium vbi adoratur spiritus  
 sanctus. Quasi, inquit, nō ex ijs qu  
 legimus, aliqua etiam quæ non le  
 gimus, intelligamus. Ita hodiē an  
 baptistæ in cōfirmādo errore suo  
 quo infantium baptismū damnāt  
 & solos adultos baptizandos affir  
 māt, & in infantia baptizatos, rursū  
 sum baptizant. Primò errāt, quod  
 hæc loca Matth. vltimo, & Marc  
 vltimo tantummodo intuentur,  
 in quibus adulti, qui audire Euan  
 gelij doctrinam, & ei credere vol  
 unt, baptizari iubentur. Alia au  
 tem loca, ex quibus infantium bap  
 ptismus probatur, aut negligunt,  
 aut peruersa interpretatione cor  
 rumpunt. Secundò non rectè in  
 telligunt hæc loca Matth. Marci,  
 cū ea ad baptismum paruulorū  
 tra-

trahunt, cùm hic Christus, neq; de  
paruulorum baptismo, neq; de sa-  
lute paruulorù loquatur, sed pro  
ratione temporis hæc intelligi de-  
bent, cùm Christus hic ministeriũ  
docendi gentes, & per verbũ Euã-  
gelij ecclesiam ex gentibus colligẽ-  
di instituerit, cuius doctrinæ pars  
est Baptismus. Quare ex his locis,  
neq; de salute, neq; de baptismo in-  
fantium aliquid constitui potest.  
Tertiò errant, quod pertinaciter  
expressum mandatum Christi, de  
baptizãdis infantibus exigunt, nec  
probationem, qua vtitur Ecclesia,  
quam à maioribus per traditio-  
nem accepit, admittunt, hoc est,  
cùm ex certis Evangelicorum &  
apostolicorum scriptorum locis,  
per firmam consequentiã, infan-  
tium Baptisma cõcluditur. Quòd  
igitur

## DE BAPTISMO

ad hæc duo loca Matth. & Mar.  
attinet, quæ perpetuo illis in or  
sunt, vera illorum verborum in  
telligentia, veris rationibus, qua  
iam significauimus, inuestigand  
est. Apud Matthæum ergo Chr  
stus præcepit apostolis, vt gente  
à cognitione Dei alienas, doctrin  
Euangelij imbuant, neq; antè Ba  
ptismum administrant, quod est  
doctrinæ illius sigillum, quam do  
ctrina euangelij annuntiata, & co  
gnita ac recepta sit: quod postqu  
factum fuerit, tum demum baptis  
mum esse administrandum. Quibus au  
tem administrari debeat, ex ratio  
næ doctrinæ Euangelicæ & natu  
ra proprietate ac fine huius sacra  
menti petendum est. Quod ad  
ditur mandasse CHRISTVM, vt  
baptizatos docerent omnia ser  
uare.

uare, quæ illis præcepit, ex consuetudine scripturæ, ad adultos & capaces referendum est, quam & infantes quodammodo seruant Baptismum Christi cum Baptizantur, quemadmodum & mandatū Dei, quo olim iussit custodiri pactum suū, etiam ad infantes extenditur, hoc est inquit pactū meū quod obseruabitis, inter me & vos & semen tuū post te, circūcideretur ex vobis omne masculinū. Sic ibidem, post circūcisionē Abrahamo dicitur. Quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se vt custodiāt viam domini, & faciant iudicium & iustitiam. Simili modo apud Marcum mandat apostolis Christus, vt doctrinam euāgelij ad vniuersum mundū deferant, omniq̄ creaturæ ratione præditæ,  
& DO



## DE BAPTISMO

& doctrinæ capaci Euangelium  
 annutient, huc vsq; pertinet Chri-  
 sti mandatum. Postea sequitur  
 mandatum, sed pronuntiatio  
 definitio quædam generalis, quæ  
 hoc modo prædicatio ab apostolo  
 Euangelio, credentibus, & ad eius  
 Euangelij confirmationem bapti-  
 zatis, salus æterna promittitur.  
 autem vlla lex præscribitur, quibus  
 baptismus dādus sit. Quemad-  
 modum cum Paulus inquit, Iuda-  
 is: Circumcisio prodest, si legem ser-  
 uaueris, quod est: Qui circumcisus  
 fuerit, & legem seruauerit saluus  
 erit. Certè hic non explicat Pau-  
 lus, quibus circumcisio danda sit  
 sed quomodo adultis ad salutem  
 vsui esse possit, ita hic adultis Chri-  
 stianis, in Baptismo gloriantibus  
 dici potest, baptismus prodest, &  
 fides

fidem & mandata Christi seruaue-  
ris: igitur hic locus ad institutum  
baptismi referri non potest, cum  
Christus de vera tantum & viua fi-  
de loquatur, ex quo sequeretur ne  
minem baptizandum, nisi qui viua  
fide præditus sit, quòd cum non  
constet, non potest hic locus ad  
institutionem Baptismi referri.

Quòd autem ab adultis in aposto-  
licis literis, ante Baptismum fidei  
professio requiritur, mirum non  
est, nam id haud dubiè in circum-  
cidendis adultis olim quoq; factum  
fuit, quomodo legimus christum,  
dum adultis sanitatem corporis  
& animæ cõferret, fidem exegisse:  
in sanandis verò infantibus vel pu-  
eris, parentum & aliorum pro ijs de-  
precantium fidem spectasse: eodem  
modo in circūcisione & baptismo

G infan-

## DE BAPTISMO

infantium Ecclesiæ deprecantis &  
 offerentis fides sufficit. Nam re  
 ctè quoque in Euangelist. verbis  
 Qui crediderit & baptizatus fue  
 rit, saluus erit, ordo verborum ve  
 getur, quasi videlicet fidẽ semper  
 baptismum antecedere necessum  
 sit, cùm his verbis nil aliud signific  
 cetur, quàm ad consequendam sa  
 lutem, adultis opus esse, & fide &  
 baptismo. At constat non raro  
 adultis quoque fidem qualis hic  
 requiritur, post ipsum demum ba  
 ptismum sequi: quid enim, si quis  
 ficto animo fidem professus, ba  
 ptizetur, ac postea accepto baptis  
 mo se nullam fidem habuisse con  
 fiteatur, an erit iterum baptizan  
 dus? etsi iam verè credat, an non  
 saluabitur? verumque in eo illud  
 erit. Qui crediderit & baptizatus  
 fuerit

fuerit, saluus erit. Imò nonnunquam in apostolicis literis hunc ordinē immutatū legas, vt quòd natura & re ipsa præcedit, ordine verborum consequatur: vt, Si cōfessus fueris ore tuo Dominum IESVM: & credideris in corde tuo, quod DEVS illū excitauit à mortuis, saluus eris, certè prius est corde credere, quàm ore confiteri. Si igitur horū verborū intelligentia ex causis dicēdi petatur, facilè apparebit his verbis. Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. infantes à baptismo nō prohiberi, nam quâ ratione his verbis excluderētur à baptismo, eadem & multo quidē euidētior ratione excluderētur à salute & regno dei, cū manifestè dicatur. Qui non crediderit condemnabitur &c. nō igitur ex his verbis.

## DE BAPTISMO

Qui crediderit & baptizatus fue-  
 rit, saluus erit, colligere licet ad-  
 uersus infantes. Atqui nõ credunt  
 infantes, non erunt igitur salui  
 multo minus colligere licet, non  
 credunt, igitur non sunt baptizati.  
 Quòd non sequeretur, etiam  
 expressè scriptum esset. Qui crede-  
 derit baptizabitur, & saluus erit  
 non enim hic Christus generaliter  
 de salute & baptismo pronuntia-  
 sed tantũ de gentibus, quibus Eu-  
 gelium prædicatur, eos videlicet  
 tum demũ saluos fore, si prædica-  
 to Euãgelio crediderint, & bap-  
 tismo peccata abluerint: quemadmo-  
 dum Paulus cum inquit, Circum-  
 cisio prodest, si legem seruaueris  
 quod perinde valet, ac si diceret,  
 Qui legem seruauerit & circumci-  
 cisus fuerit saluus erit. Non tollit  
 salu

salutem nec circumcissionē infantium, qui legem seruare per sese nequeunt. Simile est quod inquit idem Paulus, Deus iustificat circumcissionem ex fide, quod est: Qui crediderit & circumcissus fuerit iustificabitur, non adimit circumcissionē & iustitiā infantibus, qui fidē propriam non habēt: est igitur etiam in infantibus circumcisio, signaculum iustitię fidei, quamuis signaculum rem ipsam præcedat, ita in infantibus quoq; nostris baptismus sacramentū est fidei, quamuis postea sequatur, qua de re pulchrè Augustinus: Sicut ergo in Abraham præcessit fidei iustitia, & accessit circumcisio, signaculum iustitię fidei, ita in Cornelio præcessit sanctificatio spiritalis, in dono spiritus sancti, & accessit sacramen-

*De Baptif.  
cont. Do-  
tist. lib. .4  
cap. 22.*

## DE BAPTISMO

mētum regenerationis in lauacro  
 baptismi: & sicut in Isaac, q̄ octaua  
 suæ natiuitatis die circumcisus est  
 præcessit signaculum iustitiæ fidei  
 & quoniam patris fidem imitatus  
 est, sequuta est in crescente ipsa in-  
 stitia, cuius signaculum in infan-  
 ti præcesserat: ita & in baptizatis in-  
 fantibus, præcedit regenerationis  
 sacramentum, etsi Christianam re-  
 nuerint pietatem, sequitur in cor-  
 de conuersio, cuius mysteriū præ-  
 cedit in corpore. De salute igitur  
 & baptismo infantium ex hoc euang-  
 gelij loco iudicandum non est, quod  
 constat vt neque saluti, ita neque  
 baptismo paruulorum quicquam  
 præiudicare: alia igitur testimo-  
 nia salutis infantium quærenda  
 sunt, quibus inuentis, & baptis-  
 mus infantium apparebit.

Quæ

Quæro igitur, ex quibus scripturis probetur salus infantium? dices, Sicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Item: Quomodo in Adam omnes moriuntur, ita in CHRISTO omnes viuificabuntur. Constat ergo infantes iustificari & viuificari per iustitiam & obediẽtiam CHRISTI, qui pro omnibus peccatoribus, & iniustis mortuus est, in quo numero sunt etiam infantes: sed mortis eius efficaciam & virtutem, hoc est remissionem peccatorum, & adoptionem filiorum DEI, non ad omnes pertinere, sed ad eos tantum, quibus hoc donum contulerit DEVS.

Quæadmodum igitur ex adultis ij  
G 4 demum



## DE BAPTISMO

demum saluatur per iustitiã Christi, qui veniunt ad Christum per fidem, ita & infantes vt saluentur, necesse est aliquo modo ad Christum veniant, quod fit, cum à patribus, & ab Ecclesia communitati omnium parente Christo offeruntur, vt in corpus Christi baptizentur, ita enim Christus loquitur.

Ioan. 6. Omne quod dat mihi pater ad me veniet. Venire autem infantes posse declarat cum ait. Sinite parvulos venire ad me. Cum igitur ad infantes pertinere salutem & regnum Dei non dubitetur, quæro qua ratione id fieri possit, vt digni sint regno Dei, an ob propriam & innatam iustitiam, an donatam & attributam gratiam? Haud dubiè fatendum est, per eandem gratiam & remissionem peccatorum, infantes

tes saluari, sicut & adultos: non est enim aliud nomen in quo oporteat saluos fieri, omnes enim peccauerunt, & destituuntur gloria dei, iustificantur autem gratis, per gratiam ipsius, per remissionem peccatorum. Cùm igitur infantes vt salui fiant, necessum sit eos fieri filios Dei & hæredes, idq; non fieri per carnalem generationem, igitur per spiritualem regenerationem, quæ est remissio peccatorum & adoptio, quæ fit per lauacrũ regenerationis, & renouationis spiritus sancti, siue per aquam & spiritum, est enim baptismus symbolum huius regenerationis: constat igitur salutem, gratiam & baptismum, etiam in infantibus esse coniuncta. Nihil igitur hoc Evangelij testimonio baptismo paruu-

G 5      lorum

## DE BAPTISMO

lorum detrahitur, imo si horum  
 verborum Christi sententiam dilige  
 gentius consideres, etiam ad infan  
 tes eam pertinere intelliges. Fing  
 enim ciuitatem esse aliquam,  
 qua occulta quadam contagione  
 incolæ oēs tam infantes quã adu  
 ti, pestifero malo obnoxij sint,  
 quod eis, nisi maturè occurratur,  
 exitium sit allaturum, Medicum  
 verò insignem, balneum vel lotio  
 nem aliquam, cum certa victus ra  
 tione instituisse, qua qui vtantur  
 à peste illa liberandi sint: atque  
 ad eam ciuitatem discipulos suos  
 mittat, qui incolas conuocatos de  
 huius mali periculis, & remedio  
 quo illi occurrì possit admoneat,  
 eosque discipulos suos his verbis  
 confirmet, Qui vestræ monitioni  
 & institutiõni crediderint, & præ  
 scripto

scripto à me lotionis remedio vsi fuerint, ab ea peste & contagione salui & sani erunt. Quæso cum hi discipuli sciunt huic malo non minus infantes obnoxios esse quàm adultos, an non statim intelligent hoc remediũ etiam infantibus cõuenire: & cum incolis adultis hæc annuntiabuntur, an non ipsi vltro facilè intelligēt, hoc etiam ad suos infantes pertinere, quos & iisdem periculis subiectos, & eiusdem remedij indigentes esse nouerūt? Cũ ergo illis dicetur, Qui crediderit & lotus erit, saluus ab hac peste erit, quamuis ad adultos solos hæc dici possint, & ab ijs solis fides his dictis adhiberi, tñ hæc fides etiam infantibus eorũ accomodabitur, quos secum in eodem periculo versari, & eodem remedio opus habere,

## DE BAPTISMO

existorum prædicatione didicerunt  
 Alterum impedimentum est  
 quod in Euangelicis & apostoli-  
 cis literis nullum extet expressum  
 mandatū vel exemplum de baptis-  
 mo infantium. Causam erroris huius  
 ius habent quam olim Sadducei  
 Pharisei, & postea Arriani, quo-  
 rum primi resurrectionem mor-  
 tuorum, alij baptismum gentium  
 incircumcisarum, hi Christi con-  
 substantialitatem negarunt, id est  
 quod id totidem verbis in diuini-  
 literis scriptum non sit. Occur-  
 rendum est igitur his duobus mo-  
 dis, quomodo & Christus Saddu-  
 cæis, & maiores nostri Arrianis re-  
 stiterunt. Primum testimonijs &  
 exemplis diuinarum literarum, et  
 quibus perpetuo Ecclesia firma ra-  
 tiocinatione infantium baptismi  
 con-

conclufit: tum etiam auctoritate  
Apostolicæ doctrinæ, quã omnes  
Ecclesiæ, per vniuerfum orbem,  
ab apostolis fundatæ, perpetuo se-  
cutæ sunt. Primum itaq; dicendũ  
nihil hic opus esse singulari man-  
dato de infantibus, cum gratia no-  
ui testamenti, quæ offertur in ba-  
ptifmo, nullum sexum aut ætatem  
excludat: satis esse, quod generali  
hac sententia contineantur, quam  
Christus pronuntiauit. Nisi quis  
renatus fuerit ex aqua & Spiritu  
sancto, non potest introire in re-  
gnum dei. Quemadmodũ abrahamo  
ad circũcidendos infantes suf-  
fecisset mandatum Dei. Circum-  
cidetur ex vobis omne masculi-  
num, & masculus, cuius præputij  
caro circumcisa non fuerit, de-  
lebitur anima illa de populo suo,  
quod

## DE BAPTISMO

quod autem infantium expressa  
 mentio, id certi definitiq; tempo-  
 ris causa factum est, quale nullum  
 est in baptismo infantium. Nam  
 nouo testamento, nullū sexus aut  
 ætatis discrimen præscribitur. Te-  
 stimonia itaq; diuinarum litera-  
 rum, quibus ecclesia christi paru-  
 lorum baptismum confirmat, va-  
 ria sunt: quæ in certos locos seu co-  
 pita digessimus, vt alibi explicau-  
 mus, & hic breuiter repetemus.  
 Primo loco testimonia sunt, quibus  
 probatur infantes omnes, ex  
 Adam vitiosa traduce propaga-  
 tos, reos esse peccati, mortis, iræ  
 atq; damnatiōis, cuiusmodi sunt  
 Iob 14. quomodo veteres ex gra-  
 ca æditione legerunt. nemo munda-  
 dus à fordibus, etiamsi vnus dies  
 fuerit vita eius. Item Psal. 50. In  
 iniquitate

iniquitate conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea. Ioan. 3. Quod natum est ex carne caro est. Item: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Roma. 5. Per vnus delictum, in omnes homines in cōdemnationem. Eph. 2. Erasmus omnes natura filij iræ. Galat. 3. Conclufit scriptura omnia sub peccato. Eccles. 40. Graue iugum super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum: in quibus sententijs, quamuis pleræq; generales sunt, tamen etiam infantes incluntur.

Secundo loco sunt ea testimonia, quæ docēt infantes saluari nō posse, nisi ab illo peccato mundentur, & à morte, quā ex priori carnali



DE BAPTISMO

Rom. 3.

1. Cor. 15.

2. Cor. 5.

Esaiæ 53.

nali natiuitate incurrerūt, regeneratione spirituali, in nouā vitā constituantur. Huius generis sunt: sicut per vnius delictū in omnes homines in condemnationem, sic per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Omnes peccauerunt & destituuntur gloria Dei, iustificantur autem gratis, per gratiam ipsius, per redemptionē quæ est in Christo Iesu. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus. Verè languores nostros ipse tulit, vulneratus est propter iniquitates nostras, & posuit dominus iò eò iniquitates omnium nostrum. Hæc certè testimonia manifestè declarantur.

rant, omnes homines, qui ex præ-  
uaricatione Adæ, sub peccato, mor-  
te & damnatione tenentur, per gra-  
tiam ipsius, & meritis passionis &  
mortis Christi, iustificari, viuifica-  
ri, redimi & saluari.

Tertio loco ea testimonia ponū-  
tur, quæ ostendunt hanc iustitiā  
& salutem, quæ in remissione pec-  
catorum, per sanguinē Christi cō-  
sistit, etiā ad infantes pertinere: ne-  
que à societate corporis Christi &  
adoptione filiorum, ac regno cœ-  
lesti, infantes excludi, neq; à pacto  
dei & promissione gratiæ infantes  
esse alienos. Huc pertinent ver-  
ba Domini ad Abraham. Vt sim *Genes. 17:*  
deus tuus, & deus feminis tui post  
te, in quo semine etiam infantes  
comprehendi, certum est. Eodem  
quoq; referendum est, quòd Chri-  
stus

Math. 19.

stus dixit discipulis. Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum. Huc etiã imperatoris facit sacramentum circumcisionis, in veteri populo etiã infantibus adhibitum, quo manifestè declaratur, nõ pactũ modo & societatem populi Dei, sed etiã eius pacti & societatis signum, ad infantem pertinere: ex qua infantium circumcisione, hæc quinque potissimũ observanda sunt. Primò, promissionem gratiæ quæ in hoc pacto includitur, etiam ad infantem profecturi. Secundò, signum huius pacti, & mandatum de observatione huius signi, etiam ad infantem pertinere. Tertiò, huiusmodi mādātum etiam ad infantem obstringere, ut qui illud servare & transgredi possint, opera suorum parētum, quorum

fidei

fidelitas vel infidelitas illis impu-  
 tetur: nam cum disertè de infanti-  
 bus dicitur. Infans octo dierum  
 circumcidetur, statim subiicitur.  
 Masculus, cuius caro præputij non  
 fuerit circumcisa, delebitur anima  
 illa de populo suo, quia pactum meum  
 irritum fecit. Quartò, huiusmodi in-  
 fantes mādato dei in præceptione hu-  
 ius signi obtēperantes, ad cōfortiū  
 populi dei pertinere. Si enim mascu-  
 lus, cuius caro præputij circūcisa non  
 fuerit, delebitur de populo, ergo  
 masculus, cuius caro fuerit circū-  
 cisa, annumerabitur populo Dei.  
 Quintò, signum huius pacti, etiam  
 eis adhiberi posse qui res ipsas,  
 hoc signo significatas & præscri-  
 ptas, præstare omnes nōdum pos-  
 sunt: ut circumcisio carnis, signi-  
 ficabat circumcisionem cordis,

## DE BAPTISMO

Rom 2.

Ibidem 3.

& requirebat fidem, & obedientiam legis, sine qua nihil carnis circumcisio valere confirmatur: ita enim Paulus, Circūcisio inquit prodesse non potest, nisi si legem seruaueris. Item: Deus iustificat circumcisionem ex fide, Non quæ manifestè in carne, est circumcisio, sed circumcisio cordis in spiritu non litera. At hanc infantes circumcisionem, quamuis præstare non potuerint, valebat tamen in ijs circumcisio, quia signum erat eos in fœdere Dei & societate electi populi contineri. Ad quartum locum pertinent testimonia, quæ probant Baptismum esse signum, imò medium & organum, quo remissio peccatorum, adoptatio, redemptio, & regeneratio ex Christi instituto & mandato confertur: ex quibus conficitur non remissionem mor-

do peccatorum, quæ est pactû noui testamenti, sed etiam eius pacti signum, hoc est baptismum ad infantes pertinere: huc facit illud Paulus Tit. 3. li. Saluos nos fecit per lauacrû regenerationis ac renouationis spiritus sancti. Item: In vno spiritu 1. Cor. 12. omnes nos in vnum corpus baptizati sumus: in quibus generalibus sententijs, non minus infantes cõprehenduntur quã in reliquis, quibus peccato & morti obnoxij esse conuincuntur. Certè sententia illa Christi: Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum dei, semper ab omnibus vt generalis quædam definitio seu constitutio, vt à Tertulliano & Ambrosio vocatur habita est, quæ vniuersum genus humanum, carnali natiuitate peccato & morti addi-

## DE BAPTISMO

atum, ad vitã æternã & regnũ D  
cõsequendũ, noua & spirituali  
tiuitate, quę per aquã & spiritum  
fiat, opus habere pronuntiat.

Quinto loco adfertur exemplum  
circumcisionis, in cuius locum bap  
ptismus successit: nam vt olim cir  
cumcisio signum erat diuini pacti  
& testimonium diuinæ beneuolen  
tiæ erga posteros Abrahamæ, quo  
gno, societati electi populi ascrib  
bãtur, & à reliquis prophanis gẽt  
ibus fecernebãtur: Ita hodiẽ bap  
mus signũ est, noui pacti seu noui  
testamenti, & testimoniũ gratiæ  
hoc nouo testamento patefactum  
quo signo in societatem noui ha  
ius populi, hoc est, Ecclesiæ omne  
fideles, qui spirituale semen sunt  
Abrahamæ, vnã cum suis liberis co  
optantur, & Christi corpori soci  
antur.

antur, & beneficijs huius testamē-  
 ti, id est, remissione peccatorū, ad-  
 optione filiorum nci, & regni cœ-  
 lestis hæreditate donantur. Quæ  
 propter etiam paulus, Baptismum  
 cum circumcissione confert, cum  
 vtriusque sacramenti eundem ef-  
 fectum declarat, cum ait ad Co-  
 loss. Per quem circumcisi estis, cir-  
 cumcissione quæ fit sine manibus,  
 dum exuistis corpus peccatorum  
 carnis, per circumcissionem Chri-  
 sti, conssepulti simul cum illo per  
 Baptismum, in quo etiam simul  
 cum illo resurrexistis: quo quid  
 aliud significat, quàm Baptismum  
 esse circumcissionem CHRISTI, at-  
 que idem nunc efficere in electis,  
 quòd olim per circumcissionem  
 adumbrabatur. Quòd quamuis ad  
 adultos, & de adultis dictum sit,

H 4 tamen



## DE BAPTISMO

tamen etiam ad infantes referripotest, nimirum illos per Christum circumcidi, Circumcisione non manufacta, dum accipiunt remissionem peccatorum per circumcisionem Christi, confepulti simul cum illo per Baptismum, in quo simul cum illo resurgunt, dum à regno tenebrarum, in quo per peccatum ad demersi iacebāt, transferuntur in regnum lucis, & participes fiūt regni cœlestis, virtute resurrectionis Christi &c. Hac de causa Epiphanius Baptismum non ineptè magnam circumcissionem vocavit. Et B. August. diuinā auctoritatē, qua probetur infantium Baptisma, quæretibus, (quanquam perpetuam vniuersæ Ecclesiæ obseruationem, factis firmum testimonium esse apostolicæ auctoritatis censeat &c.)

Cir-

Circumcisionē carnis adducit, ex qua veraciter conijciatur, quid valeret in paruulis sacramentum Baptismi. Atqui ex hoc ipso circumcisionis sacramēto anabaptistæ nonnulli fundamentum sui erroris petunt. Quēadmodum enim iniquiunt in veteri populo infantes non obstringebantur ad circumcisonem nisi masculi, idq; octauo die, nihilominus & masculos ante octauum diem, & puellas omnes ad pactum Dei pertinuisse, neq; ob id si non circumciderentur, reos fuisse violati pacti, ita in nouo testamento, nullum ad baptismum obligari, antequam fidem suā profiteri possit, & regeneratiōis capax sit, ita vt quomodo illic ad masculos octo dierum, circumcisio tantum pertinebat, ita hic adultis tantū suam

fidē, p̄fitentibus, conuenire baptis-  
 mum. His respondendū est, in ve-  
 teri testamento certi mysterij cau-  
 sas masculis tantum circūcisione  
 p̄scriptā fuisse; vtpotē, à quib. pro-  
 pagatiōis initiū existit: in nouo ve-  
 rō testamento nullum neq; sexus  
 neq; ætatis discrimen habitum, seu  
 quēadmodum p̄missio salutis &  
 noui testamēti in euāgelio patefa-  
 cta, ad oēs eos pertinet, qui eā reci-  
 piunt, & quos Christus gratia sua  
 dignatur, ita etiā oībus citra discrimen  
 vllū ætatis aut sexus, sigillū il-  
 lius testamenti noui, hoc est, remissi-  
 ſionis peccatorum p̄ceptum esse.  
 Quòd aut̄ infantes quoq; in illa p̄-  
 missione includātur, negari nō po-  
 test, cum extra Christū salus nō sit  
 alio tñ modo promissionis gratiæ  
 ac eius gratiæ signū accipiunt, quā  
 adulti,

adulti, nã adulti vltro ad christum  
 ppria fide veniunt, pueri verò ve-  
 niunt illi qdem ad Christũ, sed Ec-  
 clesie fidelis noie adducti: nã & in  
 veteri populo, aliter pactũ iniba-  
 tur in infantibus, aliter cum adul-  
 tis, cùm tñ promissio vtrisq; esset  
 cõmunis. Nã adulti antè institui &  
 fidẽ profiteri debebãt, infantibus  
 verò parentum fides sufficiebat,  
 quãuis & illi ad obseruationẽ pacti  
 & signi obligabãtur: nã ad quos fa-  
 cta est pmissio, iisdẽ & obseruatio  
 pacti pcepta fuit, id est, omni domui  
 Abrahæ, tam infantibus quã adul-  
 tis: quãuis autẽ puellas & masculos  
 pueros, ante diẽ octauũ morte p-  
 reptos, non prorsus ab hoc pacto  
 Dei, qua se Deum fore seminis  
 Abrahã pollicetur, alienos fuisse,  
 credendum est, tametsi ex diuino  
 insti-

DE BAPTISMO

instituto ad obseruationē signi  
 tenebantur: nam in promissionē  
 diuina, & fide parētum, eos pio  
 to, & affectu Deo cōmendantium  
 & consecrantiū, eorum salus cō  
 nebatur: in nouo uerò testamēto  
 baptismi signū, obseruatu facill  
 num, & omnibus expositum, insti  
 tutum est, cui omnis ætas, quam  
 uis infirma, suscipiendo idonea est.  
 Quamquam si nulla parentum ne  
 gligentia, infantuli antequam Ba  
 ptismus adhiberi possit, morte in  
 tercipiantur, tum quoq; fidē & vo  
 tum parentū, ijs ad baptismū depe  
 tari, multi pij & eruditi viri haud  
 absurde iudicarūt, de quo alibi vo  
 lente Deo latius. Quod autē aiunt  
 in nouo testamento, neminem ad  
 baptismū obligari, nisi qui per æta  
 tem fidem suā profiteri possit, fal  
 sifi-

fissimum est, nam christi definitio.  
Nisi quis renatus fuerit ex aqua &  
spiritu, nullam ætatem excludit,  
sed omnes indiscriminatim com-  
plectitur, qui ex carnali natiuitate  
damnati, renascentia per spiritum  
opus habent, ad regnum Dei con-  
sequendum, quo in numero etiam  
infantes esse supra satis demonstra-  
tum est: quamuis ab adultis prius-  
quã per Baptismum cû Christo pa-  
ctum ineant, professio fidei meri-  
to requiratur, haud aliter atque  
olim in circumcisione factum est.

Quòd igitur hæctenus de man-  
dato expresso dictû est, idem de ex-  
emplo & facto apostolorum dici  
potest, neque eîm vlllo modo sequi-  
tur, apostoli non leguntur expres-  
sè baptizasse infantes, ergo nullos  
baptizarunt, vel igitur baptizare  
infan-

## DE BAPTISMO

infantes nefas est: nā neq; apostoli  
 neq; ipsa deipara virgo baptizati  
 guntur, non ideo tamen baptiza-  
 tos fuisse negandum est. Quid ve-  
 rò si quis vrgeat mulieres non esse  
 ad dominicam coenam, & panis fra-  
 ctionem admittendas, cum eiu-  
 rei neq; præceptum neq; exemplum  
 extet, imò potius contra, ex verbis  
 & exemplo Christi à communica-  
 ne dñicæ coenæ prohiberi videtur.  
 Christus em̄ cum dixit, hoc facite  
 in mei cōmemorationē, solos apo-  
 stolos allocutus est, quibus dixit.  
 Quorū remiseritis peccata remit-  
 tentur eis: Paulus verò, corpus &  
 sanguinem dñi cōmunicantibus præ-  
 cipit, vt mortē domini denunciēt,  
 quòd certè mulieribus conuenire  
 nō videtur, vt quibus in ecclesia lo-  
 qui fas non sit, & Christus tantum  
 viros

viros, ac ne matrem quidem suam  
ad suam coenā adhibuit, nec con-  
stat ex apostolicis scriptis, mulieres  
huic participationi sacrae coenae in-  
terfuisse. Huc facit, quod conui-  
uiū illud agni Paschalis, quo coena  
domini adumbrabatur, a solis vi-  
ris celebratū videtur, ait enim scri-  
ptura, si quis circumcissus non fue-  
rit, non vescetur ex eo. Ex his cer-  
tè manifestè concluditur in Eccle-  
sia CHRISTI, aliquid vt diuinitus  
institutum, & apostolicæ doctri-  
nae consentaneum vsurpari, cu-  
ius in sacris literis noui testamen-  
ti, neque mandatum expressum,  
neque exemplum adferri possit:  
ad quod confirmandum sufficere  
antiquum perpetuum ac per vni-  
uersum orbem receptum Eccle-  
siae vsus ac morem, qui certissi-  
mus



## DE BAPTISMO

mus voluntatis diuinæ ac apostolice doctrinæ interpretes & testis. Quamuis itaque mulieres, neque CHRISTI cœnæ interfuisse, neque usquam communionis dominice cœnæ adhibitas fuisse, in euangelicis & apostolicis literis demonstrari possit, nemo tamen eas ab hac sacra communione, excludendas esse dixerit, tametsi exemplum nullum adferri possit, satis est quòd eas aptas esse huic communioni constitet, cum & ipsæ ad societatem membrorum Christi pertineant, quomodo & infantes aptos esse percipiendo baptismo ostēdimus, quòd & ipsi ad salutem, lauacro regenerationis indigeant. Verùm enim verò, cum apostolos totas domus baptizasse legatur, cur ab hac vniuersitate infantes excludantur, cauere non

non est: neq; enim vsquã scriptum legitur, exceptis infantibus, & nomine domus etiam infantes comprehendi certum est, quomodo legitur Genes. 17. Tulit autem Abraham Ismahel filium suum, & oēs vernaculos domus suæ, vniuersosq; quos emerat, & cunctos mares, ex omnibus viris domus suæ, & circumcidit carnem præputij eorum. Item. Eadem die circumcisus est Abraham & Ismahel filius eius, & omnes viri domus illius. Credibile est in ea domo seu familia Abrahamæ, etiam fuisse infantes masculos, & si fuerunt, eos vnà cum reliquis circumcisos fuisse dubiũ nullum est. Ita cùm Paulus dicitur baptizasse Stephanæ domum, & Lydia purpuraria cum sua domo baptizata legitur, idemq; de carceris

I                      custo-

1. Corint. 1.  
Act. 16.

## DE BAPTISMO

custode scribitur, baptizatum est  
 ipsum & oem domum eius, quod caui  
 est, cur ex his domibus siue familie  
 infantes eijciamus, & non eos similes  
 baptismum ad salutem accepisse credi-  
 mus? an videlicet quod eodem loco  
 quo carceris custos, cum omni domo  
 sua baptizatus legitur, idem quoque  
 tatus dicatur, quod cum vniuersa do-  
 mo sua credidisset deo? Quasi non  
 eodem modo, de Abrahamo scriptum  
 sit, precepturum illum filiis suis & do-  
 mui suae post se, ut custodiant viam  
 domini, & faciant iudicium & iustitiam. Hae-  
 sanè loquendi forma etiam vulgo vni-  
 versitate significante, modo singulae  
 partes intelligantur, modo etiam pars  
 aliqua excepta intelligatur, cum  
 videlicet aliquid toti tribuitur, quod  
 in eam partem non conveniat: ut si dicas

Do

Domum aliquã totã, in qua & in-  
 fantes & adulti pariter oës peste la-  
 borët, cõsilio & opera periti medi-  
 ci curatã & liberatã, quis hic neget  
 infantes quoq; designari? quòd si  
 adijciatur, totã illã domum adepta  
 sanitate vehemèter esse exhilaratã,  
 quod medici cõsiliium & opem ad-  
 miserit, q̄s hic nõ intelligat infan-  
 tes excipi, qui quãuis beneficio me-  
 dici adiuti sint, id tamẽ per ætatem  
 agnoscere & p̄fiteri nõ possunt? In  
 hac verò locutione, qua tota do-  
 mus circumcisa vel baptizata legi-  
 tur, infantes excludi non possunt,  
 cū & ipsi circūcisiõis & baptisimi ca-  
 paces sint, quòd satis apertè est de-  
 monstratũ. Eñ uerò vt desint exẽ-  
 pla q̄bus apostoli infantes baptizaf  
 se manifestè probentur, tñ non de-  
 sunt exẽpla, q̄bus apostoli in simili

## DE BAPTISMO

ferè specie facti, eò argumentantur in  
 genere vfi leguntur, quòd ad confir-  
 mandum baptismum appositum  
 fimè quadret. Olim itaq; aposto-  
 rum temporibus, statim à Christo  
 in cœlum ascensu, qui erant ex cir-  
 cumcisione fideles, contendebant  
 gentibus nõ esse baptismum admi-  
 nistrandum, neq; spem salutis fac-  
 endam, nisi prius circũciderentur  
 & Moyfi legem seruarent: ad qua-  
 rem confirmandam, his aut hinc  
 similibus argumentis fortassis vti  
 sunt. Primum ex verbis Christi, Non  
 veni soluere legem sed ad implere  
 Itẽ, ex pacto dei cũ Abrahamã & sem-  
 ne eius, quod circumcisiõẽ requi-  
 rebat: Ad hæc ex Christi exempli  
 qui prius circumcisus fuit iuxta p-  
 scriptum legis: postea verò bap-  
 tum accepit, vt sic impleret oẽm  
 iul

iustitiam. Aduersus hæc apostoli  
 alia argumenta opponebant, ex quibus  
 concludebant, gentes etiam sine  
 circumcissione & cæremoniarum  
 legis obseruatione, ad baptismi gra-  
 tiam & Euangelij communionem  
 admittendas, Primum ex locis di-  
 uinarum literarum, qui de gentium  
 uocatione uaticinatur, & ex signis  
 quæ Deus ædidisset inter gentes,  
 dans illis spiritum sanctum sicut &  
 ipsis apostolis. Petrus quoque Cor-  
 nelium & reliquos, qui cum eo ex  
 gentibus erant baptizaturus, hoc  
 vno argumento est usus, ex signo  
 videlicet, quo gentes donatæ sunt  
 spiritu sancto, quæ donatio bap-  
 tismum consequi solebat: ex quo si-  
 gno in hunc modum argumenta-  
 tus est Petrus. Quos aliquo certo  
 signo deus declarat ad se, & ad pro-  
 I 3      missio-

## DE BAPTISMO

misionem suam pertinere, ijs B  
 ptismus prohiberi nō potest, et  
 alia ratione, eius nondum capaci  
 esse videantur. At gentes Deo  
 misso spiritu sancto declarauit  
 bi acceptas esse, & ad regnum  
 pertinere, tametsi nōdum per ci  
 cumcisionem in populum Dei  
 sent cooptati, igitur non sunt à  
 ptismo prohibendi, Eodem modo  
 hodiè nōnulli extiterūt, qui infan  
 tes baptizandos esse negent, prius  
 quam eò adoleuerint, vt & ipsi pe  
 cata sua agnoscere, & fidē suam  
 fiteri, & vitę nouitatē polliceri  
 sint, qbus hoc modo vniuersalis  
 & apostolicæ Ecclesiæ doctrinā se  
 quuti, resistimus. Primū, infantium  
 baptismum probamus, ex alijs scri  
 pturæ locis, qui pueros ex carnali  
 generatione, peccato, morti, & dā  
 natio-

nationi obnoxios, & per solá Christi mortē, q̄ in baptismo efficax est, & spiritualē regenerationē, q̄ per baptismū fit à peccati reatu solui, & morte ac dānatione liberari posse demonstrāt. Itē multa extāt signa, quibus Deus infantium baptismū se approbare declarat. Primum q̄a multos, qui in infantia baptizati fuere, insignibus in Ecclesia donis exornauit. Item innumeri sanguine suo Christum confessi sunt, qui aut in infantia baptizati fuerunt, aut certē baptismum infantium in ecclesia semp̄ vsitatum, rectum & legitimum esse crediderunt, quos Deus miraculis, ad eorum monumenta editis, sibi charos esse ostēdit. Adhęc certissimum signum habemus ex DEI mandato, qui apud veteres signaculum populi DEI,



## DE BAPTISMO

& iustitiæ fidei, etiã infantibus ad  
 hiberi iussit. Item ex pacto & pro  
 missiõe Christi, qui oblatos sibi in  
 fantes, complexu suo dignatus est  
 & ijs regnum cœlorum addixit, non  
 enim signo tantum, cùm eos am  
 plexus & deosculatus est, & im  
 positis manibus benedixit sed etiam  
 verbo testatus est, ad se & regnum  
 suum eos pertinere. Sanè cū Chri  
 stus in vlnis amplecteretur obla  
 tos puerulos, manus eis impone  
 ret ac benediceret eis, satis indica  
 uit, non modo regnum cœlorum  
 ad paruulos pertinere, verum etiam  
 signa & signa, quibus fides huius pro  
 missionis confirmatur, non esse il  
 lis deneganda. Quid enim ample  
 xus ille, quid manus imposito, quid  
 benedictio aliud erant quàm signa  
 expressissima, suauissimæ cuiusdam  
 &

& propensissimæ, erga pueros benevolentiam & amoris? quæ certè signa inania nõ fuere, sed non dubium quin infantibus illis, peculia rem quandã gratiam cõtulerint. Et quid quæso sacramētum baptismi aliud est, quàm huiusmodi promissionis de regno Dei diuinum testimonium, & diuinæ gratiæ non inane, sed certum & efficax symbolum, atq; adeo contactus quidam Christi? Quare cū petro hoc modo ratiocinamur. Qui capaces sunt gratiæ Dei & regni cœlorum, hi etiam baptismi capaces sunt: at qui infantes, capaces sunt diuinæ gratiæ, q̄ non fit sine spiritu sancto, & regno cœlorũ, qđ nulli nisi p̄ spiritũ sanctũ in Christo regenerato debetur: sunt igitur & capaces baptismi p̄ quẽ in christo renascũtur.

## DE BAPTISMO

Verùm vt hunc locum de aucto- & e  
 ritate diuinarum literarum, in pu  
 probando baptismo paruuloru ba  
 cõcludamus. Pulcherrima sanè ra  
 gura est baptisimi, quã exponit ap sci  
 stolus. 1. Cor. 10. Nolo vos igno fil  
 re fratres, quoniã patres nostri di  
 sub nube fuerunt, & oës mare trã fa  
 fierunt, & oës in Moyse baptizat na  
 sunt, in nube & in mari, mare & nu ec  
 bes cõiuncta, aquã & spiritũ in ba fi  
 ptismo significant, Mare rubrum p  
 significat aquã baptisimi, Christi san  
 guine rubricatam, nubes significat  
 spiritum sanctum, vt matth. 11. nubes  
 lucida obumbravit eos, quã r  
 nubes interdũ columna ignis erat, r  
 quoniam spiritus sanctus in igne a  
 quoq; designatur. Israelitæ semel r  
 mare trãsierunt, tam pusilli quã r  
 magni, & ab imminẽte à Pharaone  
 & ex-

& exercitu eius periculo, qui omnes  
pufillos cum magnis delere vole-  
bat, huius transitus beneficio libe-  
rati sunt: Ita baptismus semel fu-  
scipiendus est, eiusq; virtute tã pu-  
filli quàm magni, oēs à persecutiõe  
diaboli, eorum exitio imminentis  
saluantur. Nubes autẽ siue colum-  
næ ignis perpetuò præcessit, donec  
eos deduceret in terram promif-  
fionis, quamvis multi in deserto  
perierint. Ita & spiritus sanctus per  
nubem seu calumniam ignis desi-  
gnatus, nunquam deseret Eccle-  
fiam, donec deducat eam in ter-  
ram viuentium, quamvis multi  
retro abeant post concupifcenti-  
as suas. Ex his quæ hætenus dixi-  
mus, fatis demonstratum puto, tã-  
metfi nullum expressum manda-  
tum, vel exemplum de baptizãdis  
infan-

DE BAPTISMO

infantibus nominatim extet, tam  
 satis apertè & firmiter ex diuinis  
 teris concludi, hoc baptismi institu-  
 tutum etiã ad infantes pertinere  
 quamuis cum nullum extet inter-  
 dictum, quo infantes à baptismo  
 prohibentur, antiqua & perpetua  
 vniuersæ Ecclesiæ observatio suffi-  
 ficere debeat, quæ optima interpretis  
 testis est apostolicæ doctrinæ. Re-  
 cte enim conclusit tertullianus. In  
 his quæ Scriptura nec iubet nec  
 prohibet, illud est sequendum, quod  
 consuetudo corroborauit, quæ sine  
 ne dubio de traditione manauit  
 cui consentaneum est illud Augu-  
 stini. Quod vniuersa tenet ecclesia  
 nec concilijs institutum sed semper  
 retentum, non nisi apostolica au-  
 thoritate traditum rectissimè cre-  
 ditur. Huic enim apostolicæ doctrinæ

*De Coro-  
 na militis.*

næ de baptismo paruulorum, oēs apostolicæ ecclesiæ per vniuersum orbē, ab apostolis fundatæ, testimoniū perhibēt, quod extat in scriptis vetustissimorum, per diuersas orbis Christiani regiones, & illustrissimorum scriptorum, Quorum testimonia ex eorum grauissimis scriptis, alio in libello produximus: & quanta sit huius antiqui & vniuersalis consensus Ecclesiæ auctoritas, ostendere conati sumus.

Tertium impedimentū est, quod putent infantes nō esse capaces baptismi, tum quòd doceri & fidem profiteri nequeāt, tum quòd rem per baptismum significatam, & p̄scriptam, præstare per ætatem nōdum possunt, quæ est expoliare veterem hominem, & induere Christum & nouum hominem, in nouitate

## DE BAPTISMO

uitate vitæ ambulare, non seruire  
 posthac peccato &c. Causa erroris  
 est, quòd rem p̄cipuam in baptismo  
 nō attendāt, hoc est, testificationē  
 diuinæ beneuolentiæ, in fœdus &  
 tutelam suā suscipiētis, & gratiam  
 cōferentis &c. Nam in baptismo p̄-  
 cipua res est diuina gratia, quæ cō-  
 sistit in remissiōe peccatorum, re-  
 generatione, adoptione, hæredita-  
 te vitæ æternæ &c. cuius sanè gra-  
 tiæ infantes, & indigētes & capaces  
 sunt: cuius rei manifestum exem-  
 plum habetur ex circūcisione par-  
 uulorum, ex qua sanè circūcisiō-  
 ne discimus, promissionē gratiæ, q̄  
 in pacto Dei includitur, atq; adeo  
 huius pacti signum etiam ad infan-  
 tes pertinere, tametsi per ætatē hu-  
 ius pacti conditiones & virtutem  
 non intelligant, & res per signum  
 signi-

significatas, ad quas se, suscipiendo  
 signo obstringunt, prestare nondū  
 possint. Nā sicut baptismus signum  
 est mortificatiōis, & nouitatis vitę,  
 ita circūcisio signū erat circūcisio-  
 nis cordis, & requirebat obseruati-  
 onē legis, vt Paulus inq̄t, Circūci-  
 sio p̄dest, si legē seruaueris: & De-  
 us iustificat circūcisionē ex fide: &  
 non ea q̄ in manifesto in carne, est  
 circūcisio, sed circūcisio cordis in  
 spiritu nō litera. Quēadmodū igitur  
 ibi argumētari nō licet, infan-  
 tes nō possūt seruare legē, ergo nō  
 possunt circūcidi, infantes nō pos-  
 sunt iustificari p̄ fidē, ergo nō sunt  
 circūcidendi. Itē infantibus nō cō-  
 uenit circūcisio cordis, igitur non  
 fuit in illis vera circūcisio: ita neq;  
 hic rectē concluditur, infantes nec  
 credere euang. nec christo in carne  
 com-



## DE BAPTISMO

Ang. cont.  
Pelagi. &  
Celestian.  
li. 2. ca. 30.

commori, nec in vitæ nouitate  
bulare possunt, ergo ad illos bap-  
mus nō pertinet. Quēadmodum  
igitur olim infantes, octauo die  
qui corde ad iustitiā credere nō  
dū poterant, iustitiæ tñ fidei signi-  
culum in circumcisione sumebant,  
quod Abrahā senex acceperat, i-  
hodiè fit in baptismo, quod factu-  
mentum est fidei: sumunt em̄ illi  
rectè infantes, ad iustitiā & salutē  
tametsi corde credere ad iustitiā  
& ore cōfiteri ad salutē nō possint.  
Quapropter si externa illa fidei  
fessio, q̄ ore proprio fit, & ab infan-  
tibus præstari nequit, olim nō in-  
pediebat, quo minus infantes fide-  
lium Hebræorū, signo fœderis  
populū Dei cooptarentur, ita nō  
que hodie prohibere poterit, quo-  
minus infantes fidelium Christiano-

rum

rum, hoc sacramento noui testa-  
menti, Ecclesiæ Christi, & eius cor-  
pori ac mēbris socientur. Certè in-  
fantes tametsi fidē ore profiteri nō  
possunt, tamē propter diuinā or-  
dinationē, q̄ eis etiam regnum su-  
um tribuit, & in societatem mem-  
brorū corporis sui recipere vult,  
oblatio illa quæ fit ex fide Ecclesiæ,  
eis pro fide deputatur, cum Eccle-  
sia quoq; infanti suam fidem, tan-  
quam mēbro, etiamsi nōdum intel-  
ligenti cōmunicet. Itaq; negari nō  
potest, quin infantes dum bapti-  
zantur, ad credentium numerum  
pertineant: & Ecclesiæ fidelis mē-  
bra sint, an adultorum Deus tan-  
tum, an non & infantium? certè &  
infantium: non est autem deus in-  
fidelium, sed tantū fidelium. In-  
fantes igitur inter fideles ponendi  
K sunt,

DE BAPTISMO

sunt. Neq; verò alienū est, à phras  
scripturæ sacræ, vt dicantur etiã in  
fantes credere christo, qui ad christi  
stum adducuntur, & tutelę ac fidei  
eius commituntur: vt cum inquit

**Matth. 18.** Christus, Qui scandalizauerit vnus  
ex his pusillis, qui credunt in me  
Sunt enim coniuncta & affecta in  
ter se, credere Deo, & in tutelam  
accipi à Deo, seu defendi à Deo  
& in suorum numerum haberi  
At infantes sibi commissos, pecu  
liari modo tuetur Deus, & in suo  
rum numerum & participatio  
nem salutis, & regni sui eos acci  
pit: merito igitur inter credentes  
Deo sunt referendi. Item cum  
Christus inquit, Sinite paruulos  
venire ad me, non otiose verbum  
hoc veniendi positum est, neque  
enim suapte sponte venire pote  
rant,

rant, qui nondum ratione valebant, & ob ætatis imbecillitatem ingredi non poterant. Nam à Luca β;έφη, id est infantuli vocantur. Luc. 18.

Itaq; vfu sermonis Christi, venire idem valet quod credere, seu cōfiderere, ac Christi beneficiū expetere, præsertim quando illi ex aduerso beneficium aliquod opponitur, vt Qui venit ad me, nō esuriet, & qui credit in me, nō sitiet, Item, Venite ad me qui laboratis & onerati estis. Item: Si quis sitit, veniat ad me & bibat: ita venire ad christū est cōfiderere Christo, & ab eo gratiā salutarē expetere, vel certè aliorū fiducia credentiū christo, ipso volente ac iubēte, fidei ac tutelę eius cōmitti, qđ infantibus pro fiducia ppria deputatur. Infantes itaq; cū esuriāt & sitiāt, id est, pastu & refocillatiōe

## DE BAPTISMO

carnis Christi & spiritus opus ha-  
 beant. Itē, peccati hæreditarij, one-  
 re pressi laborent, à quo leuari &  
 refici debeant, certè opus est, vt  
 Christum veniant, si hanc refocila-  
 tionem & leuationem consequi  
 velint. Venire autem posse infan-  
 tes ex eo patet, quod Christus in-  
 qt. Sinite paruulos venire ad me.  
 cum autem propria sponte venire  
 non possint, benignitas Dei eis ad  
 salutem sufficere voluit, si alijs du-  
 centibus veniant, atq; hanc fidem  
 adducētium, siue eorum, quorum  
 auctoritate & iussu id faciūt, id est  
 Ecclesiæ sanctæ, quæ Christi spon-  
 sa & corpus est, & mater omnium  
 ad cœlestis Hierosolymæ ciuitatē  
 pertinentium, Deus illis pro fide  
 reputat: sic vt illa certa fiducia de-  
 precante, & ad Christum adducen-  
 te,

te, ipse eos suscipiat, peccatum cō-  
donet, & in fidelium ac filiorum  
numerum adoptet.

Iam verò constat ad Baptismum  
conferendum, nō tam fidē ipsam,  
quam fidei professionem requiri,  
alioqui si nemo baptizandus sit,  
quem non viua & solida fide præ-  
ditum esse constet, certè nemo es-  
set baptizandus, cum tam alti &  
inscrutabiles recessus humani cor-  
dis sint, vt à nullo homine nisi à so-  
lo deo, inquiri & cognosci possint:  
fides itaq; in adultis, nō alia de cau-  
sa requiritur, quàm vt sit medium  
quoddam, quo apti reddantur, ad  
percipienda diuina mysteria, eaq;  
aptitudo cum professione fidei in  
adultis significetur, etiã externum  
signum Baptismi (quod interioris  
Baptismi symbolum est,) eis adhi-  
betur,

## DE BAPTISMO

betur, ita infantes apti quoq; sunt  
 diuinæ gratiæ, & eius sacramen-  
 tis percipiēdis. Quamobrem multo  
 certius signum aptitudinis hu-  
 ius secum adferunt, quàm adulti  
 qui mentiri & simulare possunt.  
 Itaque infantes etiamsi fidem pro-  
 fiteri non possunt, signum tamen  
 secum adferunt, quod ad fidelium  
 numerum pertineant, cum Eccle-  
 sia suam illis fidem accommodet  
 atque communicet, quam fides  
 per ora gestantium, antequam ba-  
 ptizentur, vniuersali & perpetua  
 Ecclesiæ consuetudine profiten-  
 tur. Quapropter infantes, qui ad  
 Baptismum adferuntur, nō pro-  
 fus à fide alieni habendi sunt, cum  
 ijs fides Ecclesiæ offerentis, & eos  
 intra sua mēbra complectētis, pro  
 fide ppria deputetur. Cum em̄

ne fide impossibile sit placere Deo, constat autem Deo placere infantes, quos remissione & adoptione filiorum dignatur, cōsequitur eos non penitus esse expertes fidei, neque inter infideles ponēdos, sed in fidelium & credentium numero habēdos esse, cum per ætatis imbecillitatem careant propria, per immensam Dei bonitatē imputatur eis aliena, Pulchrè itaq; Augustinus de infantibus, ex contagione, quā ex Adam cōtraxerunt, ægrotis, & medicinæ gratiæ Christi indigentibus. Accōmodat inquit illis mater Ecclesia aliorū pedes vt veniant, aliorū cor vt credant, aliorum linguā vt fateātur, vt quoniam quod ægri sunt, alio peccante prægrauātur, sic cum ijsani sunt, alio pro eis confitente saluantur, nemo ergo

De uerbis  
Apost. sermo  
mo. 10.

K 4      vobis



DE BAPTISMO

vobis susurraret doctrinas alienas  
 hoc ecclesia semper habuit, semper  
 tenuit, hoc à maiorum fide percipit,  
 hoc usq; in finem perseveranter  
 custodit. Aliena est igitur ab ec-  
 clesiastica traditione illorum sen-  
 tentia, qui infantibus, ut gratiã Ba-  
 ptismi percipiant, proprium actum  
 & motum fidei tribuunt, usq; adeo  
 ut quidam præcipui nominis scri-  
 ptum reliquerit, Præstare pro-  
 omittere Baptismum in parvulis  
 quàm baptizare sine fide: cuiusmo-  
 di scripta initio, hominibus qui-  
 busdam novitatis studiosis, infan-  
 tium Baptismum insectandi, & in  
 adultis Baptismi iterandi, occasio-  
 nem dederunt, cum eius sententia  
 auctor longè alio spectauerit. Nam  
 cum crederet, neminẽ tã impudẽ-  
 tem fore, ex ijs, qui Evangelicam

Lutherus  
 ad Vual-  
 denses.

& apostolicam fidem profitentur, qui Baptismum infantium, tanta in ecclesia auctoritate firmatum in dubium vocare auderet, illud pro certo & indubitato sumpsit, infantes ritè baptizari, atq; inde in hunc modum collegit. Infantes nisi propriam habeant fidem, non sunt baptizandi: at qui ritè baptizantur infantes: est igitur in infantibus propria fides. Atque ex eo ipso principio, alij hoc modo ratiocinati sunt. Infantes nisi propriam habeant fidem, non sunt baptizandi: at qui constat infantibus non inesse propriam fidem: non sunt igitur infantes baptizandi. Verùm hoc principium, alio falso principio, eodem auctore temerè asserto nititur. In omni Sacramento, non sacramentum ipsum fidei, sed fides sacramenti

## DE BAPTISMO

iustificat, seu gratia in sacramen-  
 tis proposita, non nisi fide percipi-  
 pitur: quod quamuis in adultis  
 qui fidem audito verbo adhibere  
 possunt, locum habeat: tamen  
 præter scripturæ auctoritatem,  
 Ecclesiæ vniuersalis mentem,  
 infantibus transfertur, quos con-  
 stat, etiam sine actu, & motu pro-  
 priæ fidei, sacramenti, in quo  
 diuina gratia offertur, participare  
 esse posse: quod de circumcisi-  
 one, & Baptismo infantium Eccle-  
 sia semper credidit & docuit, cum  
 illos & circumcidi rectè, & legitime  
 baptizari, ex diuinis literis do-  
 ceat, & tamen eosdem omni pro-  
 fus actu intellectus, sine quo fidei  
 assensus esse nõ potest, destitutos  
 esse, non solum communis sensus  
 iudicio, sed etiam diuinarum  
 literarum

literarum testimonio agnoscat:  
atque iisdem infantibus, propria  
fide destitutis, Ecclesiae fidem, in  
cuius membra recipiuntur, ac-  
commodari & communicari sen-  
tiant, quam fidem, prisco Eccle-  
siae more, per ora gestantium pro-  
fidentur. Quin & in ipso Baptismi  
mysterio, diuina virtute, habi-  
tum quendam fidei, à quo fide-  
les rectè dicantur, illis infundi  
& donari non negat, quem ta-  
men habitum infantes ipsi igno-  
rent, haud aliter, ac suam ipso-  
rum mentem, vt alibi ex Augu-  
stino ostendimus. Neque verò ad  
hanc nouam & inauditam sen-  
tentiam inuehendam, vlla diui-  
na auctoritate coguntur: nam  
quod scriptum est, sine fide impos-  
sibile est placere Deo, si ad actum fidei,  
quo

## DE BAPTISMO

quo prædicato & audito verbo  
 sentimur, referas, certum est adu-  
 tis tatummodo, hanc apostolicam  
 asseuerationem conuenire: si verum  
 in genere ad omnes eos, quos in gra-  
 tiã recipit Deus, tam infantes quàm  
 adultos, hoc referendum putes, ne-  
 cessum est vt fidei noie, non mo-  
 do actum ipsum fidei, sed arcanum  
 Dei donum intelligas, quo etiam  
 infantes percipiendæ Dei gratiæ  
 apti idoneiq; redduntur, Quod si  
 vt quidam existimant, vocem fidei  
 pro occulta Spiritus sancti opera-  
 tione, qua in electis operatur acci-  
 piam, non negabimus infantibus  
 eo modo fidem tribui posse: ve-  
 rum ea fides, multum à ratione ei-  
 us fidei differt, quæ passim in sacris  
 literis prædicatur, quæ quamuis &  
 ipsa donum Dei sit, quod spiritus  
 san-

sanctus, in electorum cordibus, quos ad credendum Euangelio excitat, operatur, tamē ex auditu verbi, & ministerio Euangelij concipitur, quæ sanè fidei ratio in infantibus locum nō habet, donec eius fidei, per ætatē capaces efficiantur.

Quartum impedimentum est, quod putent in omnibus infantibus deletum esse peccatum originis per mortem Christi. Itaque infantibus, vt qui summa innocentia præditi sint, nihil opus esse Baptismo, quo à peccato mundetur. Causa erroris est, quod non considerant, Christi mortem, precium illud esse quidem redemptionis & remissionis peccatorum: sed in ijs tantum illud valere, quos elegit & vocavit Deus, vtpotē qui in ipso renascuntur. Est quidem pro omnibus

DE BAPTISMO

bus mortuus Christus. Sed beneficium mortis eius, non omnes accipiunt: quod rectè in ecclesia dicitur christum pro omnibus mortuum sufficienter, sed nõ efficienter, hoc est, mortem Christi esse sufficienter precium pro salute totius mundi, sed non in omnibus efficere salutem, verum in ijs tantum, quæ ad corpus Christi pertinet. Quare plura in prima propositione dicta sunt.

Act. 19.

Solent quoq; anabaptistæ eam quam præter Ecclesiæ morè videntur præferant iterationem Baptismi, Pauli apostoli exèplo & excusare & confirmare, qui duodecim illos discipulos repertos Ephesi, cum in Ioannis annis baptisate se tantummodo baptizatos, neq; de spiritu sancto quem credentes per manus impositionis

sitionem ab apostolis accipere di-  
uinitus solebant, se quicquam sci-  
re profiterentur, melius institu-  
tos, iterum baptizauit: ex quo cō-  
sequens esse volunt, vt qui infan-  
tes baptizati sunt, quo tempore,  
neq; vllam spiritus sancti, imò ne-  
que Dei, neque sui ipsius cognitio-  
nem habent, cum iam adoleuerint  
institui debeāt, ac tum demum ba-  
ptizari. Et illi quidem, qui Luthe-  
ri & Zuuinglij doctrinam sectan-  
tes, eundem prorsus, quod ad sa-  
cramenti rationem attinet, Ioan-  
nis & Christi baptismum esse vo-  
lunt, hunc locum sibi perplexum,  
& propè inexplicabilem reddide-  
runt. Nā cum nullā factā baptismi  
iterationē agnoscere velint, ne vi-  
delicet Baptismum Christi, à quo  
nihil differat Ioannis Baptismus,  
itera-



## DE BAPTISMO

iteratum fateri cogantur. Alij  
 annis Baptisma non ad aquæ  
 ctionem, sed ad doctrinæ tantum  
 institutionem retulerunt. Alij  
 rò cum ab hoc Ioannis baptisma  
 te, quo hi viri se baptizatos dice  
 bant, aquæ tinctionem remouere  
 non posse viderent, Baptisma  
 in nomine Iesu, non de Baptisma  
 in aqua factò, sed de aduentu spiri  
 tus sancti, in visibilibus illis lingua  
 rum & Prophetiæ donis, intelli  
 gendum docuerunt. Fuere tamen  
 inter istos prudentiores, qui in  
 nuè agnoscunt, discipulos istos  
 baptizatos fuisse, atq; ad hoc cre  
 dendum se commoueri perspicui  
 tate verborum, neq; quenquam  
 negare posse, nisi quis textui  
 adferre velit, vt tamen susceptam  
 semel illam de Ioanis & Christi  
 ptisma

ptismate, inter quę baptismata dis-  
 crimē nullum esse volunt, sentē-  
 tiam tueantur, affirmant illos Io-  
 annis baptismate non ritē neque  
 verē baptizatos fuisse, vel quòd  
 forma verborum retenta non sit,  
 vel quòd à pseudoapostolis, vel p-  
 posteris Ioannis discipulis, non in  
 nomen Iesu, sed in nomen Ioannis  
 fuerint baptizati. Huic quidē sen-  
 tentiæ vnus quod sciam, ex omni  
 antiquitate Ambrosius, astipulari In Epist. ad  
Gal. 3. cap.  
 videtur, qui xj. illos adultero ba-  
 ptismate, sub noīe baptismi Ioānis  
 non tinctos, sed sordidatos asserit,  
 atq; ideo Paulum apostolū in tri-  
 nitatis nomine eos baptizari p-  
 cipisse. Sed huic sententiæ, ipse ver-  
 borum contextus, atque ipsa apo-  
 stoli verba, apertē refragantur. Ex  
 ijs enim manifestum est, eos verò  
 L            baptis

DE BAPTISMO

baptismate, quo Ioannes vti com-  
 fuevit, baptizatos fuisse. Neq; e-  
 de falso & adultero baptismate in-  
 telligi potest, quod ait Paulus. Io-  
 annes quidē baptizauit baptismum  
 pœnitentiæ, populo dicens, in eum  
 qui venturus esset post ipsum  
 crederent, hoc est Iesum. neq; ha-  
 dicturus fuisset apostolus, nisi  
 baptismate verè eos baptizatos fu-  
 isse existimasset: quibus etiam ver-  
 bis manifestum discrimen inter I-  
 oannis & Christi baptismum con-  
 tuit. Quare & ipse Ambrosius al-  
 bi Ioannis & Christi Baptisma di-  
 stinguit, cum ait. Ante vna quæ-  
 anima, quasi ad Baptisma Ioannis  
 venit, vt præmittat pœnitenti-  
 delictorū, & in p̄cessu paulatin-  
 vbi peccata sua defleuerit, spiritali  
 abluta baptismate, Christi accipit  
 sacra-

In Psal. 118  
 in uersum  
 oculi mei.

sacramentum. Non desunt itaque inter Lutheri sectatores, qui hanc perspicuitatem sacrorum verborum attentius intuentis, describunt illud Baptismi Ioannis & Christi, cum vniuersa antiquitate agnoscunt, atque in explicacione huius loci receptam iam olim sententiam sequuntur. Nam quod dicunt alij se commoueri verbis Euangelij, quibus Ioannes dicitur baptizasse aqua in remissionem peccatorum, itaque non videre se, quid inter Ioannis & Christi Baptismum intersit: primum illud obseruare potuerunt, plerosque ex veteribus, id ita intellexisse, non quod Baptismus Ioannis remissionem illam peccatorum contulerit, sed ad eam in Christi Baptismo accipiendam, per poenitentiae doctrinam, & ei ad tempus seruientem Baptismum

*Vitus The  
odorus.*

DE BAPTISMO

homines præpararit. Ita enim confertè Tertullianus. Nam quod prædicabat Ioannes baptismum peccatorum, in futuram remissionem enunciatum est. Quamquam non defun- & veteres scriptores, qui Ioannem quoque baptismum dimissa esse peccata tradebant, sed ampliorem sanctificationem baptismum Christi esse se collatam, cum quibus se Augustinus pugnaciter agere nolle dicit. Ita sane sensit Basilius, qui lib. de Spiritu sancto, tria baptismum inter se confert, Moyse, quod erat sigillum purificationis, Ioannis, in quo baptizatus confitens peccata sua, accipiebat remissionem peccatorum, & Christi, quod habebat excellentiam gratiæ, & virtutis ampliore. Idem ferè sensit Cyrillus

De Baptif.  
cont. Do-  
natist li. 5.

Hic

Hierosolymit. in Catechesi. 2. Atque hi ipsi tamē ita Ioannis Baptisma commendabant, vt tamē illud Christi baptismo non exequarent. Itaq; tutissimum & certissimum erit, si hunc locum ad mentem totius ferè vetustatis explicemus, quā his verbis Augustinus exponit. De Baptis. cont. Donatist. li. 5. cap. 9.  
 Iam nunc de Baptismo Ioannis videndum est quid dicatur, Baptizatos enim à Paulo eos, qui iam baptismo Ioannis baptizati fuissent, legimus in Actis apostolorum, nō ob aliud, nisi quia Ioannis baptimus, non fuerit Christi baptimus, sed Ioanni à christo concessus, qui Ioannis propriè diceretur, &c. Dominus Iesus Christus tali baptismo mundat Ecclesiam, quo accepto, nullum alterum requiratur: Ioannes autem tali baptismo prætin-  
 L 3 gebat,

DE BAPTISMO

gebat, quo accepto esset Baptismus  
 etiam dominicum necessarium  
 non vt illud repetatur, sed vt ex  
 qui Ioannis Baptismum acceperant,  
 etiam Christi Baptismus, cuius  
 viam præparabat ille, traderetur.  
 Atq; addatur, si placet testimonium  
 hoc antiquius. Tertullianus: Ad  
 inquit postea in actis apostolorum  
 inuenimus, quoniam qui Ioannis  
 Baptisma habebant, non accepissent  
 spiritum sanctum, quæ ne auditu  
 quidem nouerant &c. Agebat  
 tur itaque Baptismus pœnitentiæ  
 quasi cãdidatus remissionis & sancti-  
 ficatiõis in Christo subsequitur  
 nã quod p̄dicabat Baptismum pœ-  
 nitentiæ in remissionem peccato-  
 rû, in futurã remissionẽ enuncia-  
 tũ est. Siquidẽ pœnitentia antecede-  
 dit, remissio subsequitur, & hoc est  
 viam

Lib. de Ba-  
 ptis.

viam præparare. Qui autem viam  
 præparat, non idem ipse perficit,  
 sed alij perficiendũ procurat. Con-  
 sentit huic Origenes ætate suppar, <sup>IOANN. 3.</sup>  
 Commentarijs in Ioannem. Quin  
 & hoc in super notandũ, quod Io-  
 annis baptismus Iesu Baptismo,  
 quod dabatur per discipulos eius,  
 inferior erat. Qui ergo in actis ba-  
 ptizati erant in Ioannis baptisma-  
 te, & neq; an spiritus sanctus esset  
 audierant, denuo ab Apostolo ba-  
 ptizantur: quia regeneratio non  
 apud Ioannẽ, sed apud Iesum per  
 Apostolos suos fiebat. Atq; in hac  
 sententia aliquãdo fuit Lutherus  
 ipse in quadam disputatiõẽ, in qua  
 inter cæteros hi eius articuli legũ-  
 tur. Videtur christus baptisma Io-  
 annis, nõ euacuasse, sed addito ver-  
 bo vitæ seu promissiõis perfecisse,



## DE BAPTISMO

ob quam causam baptizati à Ioanne, denuo baptizandi fuerunt, baptis-  
 mato Christi. Hunc eò tempore Philip. M. imitatus est, in primis  
 locis communibus, quas Hypoteses appellabat, in quibus hæc ver-  
 ba leguntur. De institutione inquit  
 baptismi laboratur, ac discrimine  
 Baptismorum Ioannis & Christi,  
 qua de re qui rectissimè senserunt  
 ita iudicarunt, Ioannis baptismum  
 simpliciter esse signum mortifica-  
 tionis, Christi baptismum esse si-  
 gnum viuificationis, quod ei addi-  
 ta sit gratiæ promissio, seu condon-  
 natio peccatorum. Ideoq; Ioannis  
 lauacrum, vocari baptismum pecc-  
 nitentiæ, Christi baptismum Baptis-  
 mum remissionem peccatorum &c.  
 & oportuit iterum baptizari, qui  
 Ioannis baptismo loti erant, quo  
 certi

certi essent, se iam consecutos esse remissionem peccatorum, quam obuenturam haectenus crediderat, Et his consentiens Ioannes Brentius in Euang. Ioan. Differentiam inquit baptismi Ioannis & Christi, querẽdam iudico à doctrina, qualis enim doctrina est Ioãnis, talem & baptismum habet, ita & qualis Christi est doctrina, talis eius baptismus merito iudicandus est. Doctrina Ioannis mortificat, & parat ad iustificationem, propter legis prædicationem, proinde & baptismus eius mortificationis ac futuræ iustificationis sacramentum est. Doctrina Christi viuificat, & iustificat er edentem, Proinde & baptismus Christi, viuificationis & iustificationis sacramentum est. Hæc illi, qua in sententia si mansissent, nullam

## DE BAPTISMO

sibi in hoc loco perplexitatem  
 perissent. Hæc ideo paulo latius ex-  
 posui, quod optarim omnes in  
 huius loci sententiam convenire  
 quæ nullam anabaptistæ huius lo-  
 ci, ad sacrilegam baptismi iteratio-  
 nem abutendi, occasionem relin-  
 quit. Nam si alius est, longeque alio  
 fine institutus hic Ioannis Baptis-  
 mus, quam is quem post Christi  
 ascensum apostoli, Christi manda-  
 to, in nomine Patris, & Filij, & Spi-  
 ritus sancti administrarunt, certè  
 iteratus Baptismus dici non po-  
 test, qui idem non est. Rectè itaque  
 Augustinus ait, Discipulos illos  
 iterum quidem baptizatos fuisse,  
 sed non iterato Baptismate. Hoc  
 discrimen baptismatis Ioannis &  
 Christi, insignis quidam vir ex  
 qui primi anabaptismi auctores  
 fuerunt

fuerūt, opposuit Zuuinglio. Si nihil, inquit, discriminis sit baptismi Christi, à mysterio Baptismi Ioannis, frustra baptismus erit à christo institutus, frustra Paulus qui Baptismate Ioannis erant tincti, censuit baptizādos, frustra Petrus inuit abrogatū. Acto. 10. &c. Hæc cū ita sint, non potest sanè infantium Baptismus, cū Ioānis Baptismo vllō modo conferri, cū iam satis demonstratū sit, baptismū infantium verum esse Baptismū Christi, quo infantes, vt Ecclesiæ ex gentibus congregatæ & credentis membra, ex Christi præscripto, in nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti, baptizantur: & à peccato, quod carni inhæret, noua generatione purgantur, Neq; ætatis ignorantia eos à gratia & signo noui testamenti prohi-

## DE BAPTISMO

prohibere potest, vt neque infantes olim à circumcissione, quæ ipsa testamenti, seu fœderis signum erat, ob hanc ignorantiam arceatur. Sed ex diuina potius promissione, quæ etiam ad infantes extenditur, ad gratiam dei, & signum eius gratiæ percipiendū idonei sunt, quibus adeo hanc ignorantiam Deus non imputat, vt etiam illi in credentium, & tota fiducia illi inhærentium numero habeat.

Ad damnandum verò hunc baptismum paruulorum, magni argumenti loco adducitur, communicatio corporis & sanguinis domini in sacramento cœnæ dominicæ. Existimant enim omnino consequens esse, vt si infantes à cœna dominica arceantur, quod se probare, corpus domini dijudicare,

re, & mortem Christi denuntiare  
nequeant, eodem modo à bap-  
tismo quoque Christi arceri debere,  
quod peccata sua confiteri, & no-  
uum hominem induere nondum  
possint: & si illis sacramentum ba-  
ptismi rectè administratur, eò quòd  
in fidelium numero habeantur, ob  
eandem causam à cœna dominica,  
non esse prohibēdos, cùm iam per  
spiritum fidei, quem acceperunt,  
vnum corpus cum reliquis Christi  
membris efficiant: itaq; eodem pa-  
ne & calice participare debere, cū  
dicat apostolus, vnus panis, vnum  
corpus multi sumus, qui de eodē  
panc participamus. Equidem fatē-  
dum est, Ecclesiam olim non par-  
uo tempore, hac ratione adductā,  
quòd infantes iam in Christo re-  
generati, mēbra sint corporis Chri-  
sti

## DE BAPTISMO

sti etiã infantibus statim à baptis-  
 lauacro, carnis & sanguinis christi  
 sacramenta præbuisse: cuius rei in-  
 dicia in multis, hodieq; ecclesijs ex-  
 tant, & libelli paulo antiquioribus  
 Ecclesiasticorũ officiorum man-  
 festè testantur. Atq; ijdem tñ illi ec-  
 clesię antistites, qui infantibus per  
 Baptismũ renatis, corporis & san-  
 guinis dñi participationem, etiã  
 in sacramento conuenire iudica-  
 bant, tamen haud leue discrimen  
 inter Baptismi & Cœnæ dominice  
 sacramentum constituerunt. Nam  
 Baptismi sacramẽto, eos qui con-  
 ditione naturæ filij sunt iræ, & in  
 regno tenebrarum constituti, ac  
 societate corporis Christi alieni, in  
 filios Dei adoptari, in regnum lu-  
 cis transferri, & societati corporis  
 Christi aggregari. Itaq; infantes sa-  
 tim

tim, atq; baptizati sint, reuera esse  
participes corporis & sanguinis  
Christi, atq; ex ea participatione  
vitam quoq; in se habere: eam ob  
causam, si ante è vita abripiantur,  
quam sacramento corporis & san-  
guinis dñi potiãtur, virtute tñ hu-  
ius sacramenti nõ priuari: nã parti-  
cipationẽ illã corporis & sangui-  
nis dñi, sine qua christus neminem  
vitam obtinere posse confirmat,  
etiã baptismi sacramento confer-  
ri. manifesta certè sunt verba B. Au-  
gustini in sermone ad infantes.  
Nulli est inquit, aliquatenus am-  
bigendum, tunc vnumquemq; fi-  
delem, corporis sanguinisq; domi-  
nici participem fieri, quãdo in Ba-  
ptismate membrum Christi cor-  
poris efficitur: nec abalienari ab  
illius panis calicisque consortio,  
etiã si



etiam si antequam illum panē com-  
 medat, & calicem bibat, de hoc se-  
 culo, in vnitate corporis Christi  
 constitutus, abscedat: sacramentum  
 quippe illius participatione ac be-  
 neficio non priuatur, quando ipse  
 hoc, quod sacramentum est, inue-  
 nitur: Atq; hæc ratio posteriores  
 Ecclesiæ proceres commouisse vi-  
 detur, vt infantibus hanc partici-  
 pationem corporis Christi, quam  
 in baptismo consequuntur, suffi-  
 cere putauerint, præsertim cum  
 ipsa corporis & sanguinis Domini  
 sacramenta, non ita commodè &  
 decenter infantibus administrari  
 possint. Itaq; hæc Sacramenta cor-  
 poris & sanguinis Domini non nisi  
 adultis, qui iam se probare, & cor-  
 pus domini per se ipsi dijudicare  
 possunt, exhibenda putauerunt,  
 vt

vt vita hæc spiritualis, quam in Baptismo acceperunt, spirituali corporis & sanguinis Christi partu in eis augeatur: & fiducia remissionis peccatorum per oblationem corporis, & effusionem sanguinis Christi, his tanquam sigillis in eis obsignetur & confirmetur, & dominicæ mortis memoria cum gratiarum actione conseruetur. Quamuis non desunt hodiè viri in ecclesia Catholica eruditi, qui hanc vetustã, infantes statim à Baptismo communicandi, multarum Ecclesiarum, in quibus fuit & Romana ecclesia, consuetudinem, vsq; adeo reprehendendam non putant, vt multis eam rationibus probet: dignamq; rem esse censeant, quæ ad Ecclesiæ iudicium deferatur. Nam quòd Paulus ab ijs qui sacramenta

M

hæc

DE BAPTISMO

hæc dignè participaturi sint, regunt  
 vt se probent, & corpus dñi dijudicent,  
 cõt, ad infantes nihil pertinet: neq;  
 eò minus p̄cipiendis his sacramen-  
 tis idonei sunt, cū ea probatione &  
 dijudicatione opus non habeãt, vt  
 qui iam per Baptismũ mūdi, & san-  
 guine Christi purificati, imò in so-  
 cietatẽ corporis Christi asciti sint.

Hæc doctrina catholicæ Eccle-  
 siæ de baptismo infantium, diuina-  
 rũ literarum auctoritate, & perpe-  
 tua totius Ecclesiæ consuetudine  
 confirmata, diligenter proponen-  
 da est ijs, qui hoc errore, iam nimis  
 um proh dolor propagato, impli-  
 cati tenentur, vel certè ad eum am-  
 plectendum propensi sunt: mul-  
 toq; id diligentius, crebrius, instã-  
 tius, faciendũ est in ijs, qui diutius  
 & grauius hoc morbo laborãt. Ne-  
 que

que em̄ sperandú est, iam longo tē-  
 pore cōtractá & iam penitus inhæ-  
 rentē luem vno aut altero fomēto  
 curari & tolli posse. deinde sedulo  
 admonēdi & cohortādi sunt, vt in  
 eo baptismo, quo iam infantes in  
 Christo semel renati fuere, acqui-  
 escāt: neq; necessariú imò verò ne-  
 fariú & sacrilegú ducāt, Christi ba-  
 ptismate semel in nouā & spiritua-  
 lem vitā regeneratos, iterú regene-  
 rari velle, quod sine contumelia &  
 blasphemia in sanguinē Christi, in  
 baptismo vnā cū aqua ad emunda-  
 tionē peccatorum operantis, fieri  
 non potest. Magis aut̄ operā dent,  
 vt donum remissionis peccatorū  
 & adoptionis in filios dei in bap-  
 tismo acceptum cōseruent: pactum  
 illud cum Deo initum & Baptis-  
 mi sacramento confirmatum, quo

DE BAPTISMO

se Deo & obedientiæ mādatorum  
 eius deuenerūt & addixerunt, omni  
 studio obseruent. Res & mysterium  
 Baptismi sacramento figurata  
 designata, vita & moribus expr  
 mere & referre studeant. Videlicet  
 vt qui iam consepulti fuere Chri  
 sto per Baptismū in mortem, quom  
 modo resurrexit Christus in glo  
 riam patris, ita & ipsi in vitæ noui  
 tate ambulēt, & exuentes veterem  
 hominē cum actibus suis, induant  
 nouum hominem, qui renouatus  
 ad agnitionem & imaginem eius  
 qui creauit illum. Ad hāc innoua  
 tionem, cuius mysteriū in Bapti  
 smo præcessit, sedulo diuinæ literæ  
 noui testamenti hortātur, quam  
 pro viribus præstare conentur, nul  
 lo ijs alio Baptismo, præter eum  
 quem infantes accepere, ad salutem  
 opus

Rom. 6.

Colof. 3.

opus erit. Ad eundem enim modū Deut. 10.  
 sacrae literæ, ad circumcissionē cor- Hiere. 4.  
 dis adultos inuitāt, cuius figuram  
 circumcisio carnis, quam statim fe-  
 rē ab ipso vitæ exordio acceperāt,  
 præferebat. Ita quoq; admonendi  
 sunt, ne dubitent filios suos statim  
 ab ipso ortu Christo, qui eos san-  
 guine suo à forde adhærentis pec-  
 cati abluat, & in nouam vitam re-  
 generet, consecrare: vt eos iam in-  
 de ab ipsa infantia vt sacro sancta  
 pignora & spiritus sancti recepta-  
 cula ac templa religiosè custodiāt,  
 & exemplo Tobiaē ab ipsa infantia  
 timere Deum, & ab omni malo ab-  
 stinere doceant & assuescant.

## CORRECTIO ET

*additio.*

Fol. 49. pag. B. linea 2. pro nam

M 3 lege

DE BAPTISMO

lege Non. fol. 63. linea 14. post  
Iud in circumcissione factū est. <sup>148</sup>  
adijci possunt.

Sed penè p̄terierā, quod nōn  
li circumcissionis exemplum ad ba  
ptismum nihil pertinere asserunt.  
Itaq; argumenta omnia à circum  
cissione ad baptismum trāsata, for  
titer reijciunt: quòd putent res  
veteri testamento gestas, vmbra  
figura tantum esse rerum spiritu  
alium, non autem aliarum rerum  
gestarum, quę & ipsę spiritualium  
rerum figurę sint: videlicet absur  
dum esse, vt figura figurę, & litera  
literę comparetur. Non esse itaq;  
circumcissionem figuram bap  
tismi, cum & ipse baptismus spiritua  
lis lotionis & emundationis figura  
sit, sed circumcissionem figuram tā  
tum esse, qua nuper nati filij cœle  
stis

stis patris, qui verus est Abraham, in  
 præputio cordis, ab omni immun-  
 ditæ carnis, viua petra qui christus  
 est, circûcidi significantur. Sed hu-  
 ius commentu vanitas ex diuinis li-  
 teris facilè refellitur, ex quibus  
 haud obscurè colligitur, ea quæ in  
 veteri testamento de patribus scri-  
 buntur, quibus omnia in figura con-  
 tigisse apostolus affirmat, duobus  
 modis typi & figuræ rationem ob-  
 tinere. Est enim figura allegorica,  
 cum res aliqua gesta spiritualem  
 aliquam significationem cõtinet,  
 vt est celebris illa figura & allego-  
 ria Agar & Saræ à Paulo venustissi-  
 mè explicata. Hoc quoq; modo cir-  
 cûcisione carnis figurâ esse circûci-  
 sionis cordis, q̄ spiritu fiat nõ litera  
 manifestû est. Hæc quoq; figurâ in-  
 dicat moises, cum ait. Circumcidet *Deut. 30.*



## DE BAPTISMO

dominus Deus cor tuū, & cor  
 ministui, vt diligas dominum De  
 um tuum. Alio modo res in veteri  
 populo geste figure dicuntur, quod  
 reialicuius in nouo testamento  
 rendæ significationem & prædicti  
 onem habeant, vt agni Paschalis  
 ossa confringi vetabantur, quo  
 gnificatum & præfiguratum est  
 nec ossa Christi in passione con  
 fringi debuisse, Ionas tribus diebus  
 in ventre piscis inclusus, signum  
 erat Christi triduo cõditi in sepul  
 chro. Reditus populi ex Aegypto  
 reditum quoque Christi ex eodem  
 loco adumbrabat. Serpens exalta  
 tus in deserto, Christum in cruce  
 exaltandū præfigurabat. Arca quo  
 que in diluuiio per aquam conser  
 uata, imaginem gerebat Baptismi  
 quo in Ecclesia Christi ab æterno  
 interi

interitu conseruamur, quare Petrus disertè Baptismum *ἁγτισμὸς*, id est, figuram cum arce mysterio cōuenientem appellat, id quod insignis quidā scriptor inter eos agnoscit. Ita circumcisio, qua posteri Abrahæ iam inde ab ipsa infantia in gratiam fœderis & societatem populi Dei admittebantur, figuram repræsentabat Baptismi, quo in nouo testamento oēs, ad quos promissio huius noui testamenti pertinet, sine vlllo ætatis & sexus discrimine, in communionē corporis Christi & Ecclesiæ ascribuntur. Sed obijciat aliquis. Si circumcisionem cum Baptismo conferendam dicimus, cur fœminas baptizamus, cur octauæ diei rationē nullam habemus? Ad quod iam diximus. Horum sacramentorum cō-

## DE BAPTISMO

conuenientiam in eo potissimum  
 consistere, quòd vtrumq; signum  
 sit diuini pacti, cuius etiam infan-  
 tes capaces esse, tametsi pacti huius  
 vim nondum intelligant, nec fidei  
 assensum adhibere possint, circum-  
 cisionis exemplo demonstramus.  
 Discrimen verò illud sexus, & cer-  
 ti diei obseruatio, quæ certi myste-  
 rij causa instituta fuerunt, in nouo  
 Testamento penitus sublata esse  
 diximus. Quòd autem baptismus  
 necessario fidei conditionem præ-  
 scriptam esse dicunt, certum est adul-  
 tis ad baptismi gratiã consequendã  
 viua fide opus esse, quare & aposto-  
 lico exemplo & Ecclesiæ more re-  
 ceptum est, vt adultus baptismum petens  
 se credere, profiteatur. Sed hæc oia in  
 circumcisiõne quoq; adutorum con-  
 venire, supra ostendimus. Constat  
 autem

aut aliam esse infantium rationem, qui  
cum gratia & salutis in baptismo p-  
positæ, ex solo Dei gratuito dono,  
& Ecclesiæ cõmunis parëtis fide, si-  
ne vlllo p-pria fidei affectu, capaces  
sunt, quid mirum si & baptisimi, quod  
huius gratiæ & salutis symbolum  
est, etiã si fidem p-prio ore profiteri  
nequeant, capaces habeantur? Ad Pe-  
tri auctoritatẽ Arcam cum baptis-  
mo cõferentis, obijci solet, Baptis-  
mo quidẽ à Petro salutẽ tribui, sed  
ei baptismo, quo nõ sordes corpo-  
ris abluuntur, sed quo fit vt cõsci-  
sciẽtia bona, dei iudicio respõdeat,  
quod quidẽ infantibus tribui ne-  
quit. Sanẽ apostoli cum ad fidelem  
populum differunt, eos effectus &  
cõditiones baptisimi cõmemorant,  
quæ ad fidelis populi institutionẽ  
& exhortationẽ pietatis pertinẽt,  
id

## DE BAPTISMO

id quod etiam B. Paulum sedulo  
 circūcisionis mysterio Iudæis  
 mendando fecisse manifestum  
 nam quomodo à petro dictum  
 cum baptismum saluum facere,  
 quo fordes carnis abluuntur,  
 bonæ conscientiaē pactū cum Deo  
 ita à Paulo dicitur, non eam  
 veram circumcissionem quæ in ca-  
 rne fit, sed eam quæ in corde fit,  
 spiritu constat non litera. Quibus  
 apostolorum verbis, neq; circum-  
 cisioni, neq; Baptismo infantium  
 quicquā detrahitur, quibus pro-  
 prius ille utriusq; sacramenti effe-  
 ctus relinquitur, cum utroq; ho-  
 signo in societate diuini pa-  
 cti & cœtum populi Dei  
 ascribuntur.

# DE EXOR- CISMO ET EXVFF- FLATIONE.



VONIAM verò non paucis hodie, non tatum infantium baptisma damnantibus, verum etiam illum, vt Euágelio consentaneum probátibus, absurda tamen & inepta quædam videntur, quæ prisca Ecclesiæ cõsuetudine, in solenni baptisimi celebratione seruantur, paucis de eo dicendum putavi. Primum illis displicet exorzizádi & exsuffládi ritus, quo significetur infantes, nondum baptisimate regeneratos, in diaboli esse potestate, quod nimis absurdum videtur, vel illis qui infantes omnes virtute mortis Christi origina-

## DE BAPTISMO

ginalis peccati reatu, semel absol-  
 tos credunt, vel illis, qui è fidelibus  
 natos infantes, virtute promissio-  
 nis sanctos, & benedictum semel  
 affirmât. Atqui vt iam satis ostē-  
 mus, vtraq; hæc opinio diuinis  
 teris dissentanea, & ecclesię Christi  
 ignota est, quę firmiter statuit, eos  
 tantum infantes, ab insito illis na-  
 tura peccato liberari, & regno chri-  
 sti ascribi, qui Christo oblatis, &  
 cum venientes Ecclesię eius incor-  
 porantur, & vt Augustini verbi  
 vtamur, corpori eius membris  
 sociantur. Quod antequam fiat, &  
 nisi fiat, certè extra regnum lucis,  
 extra Ecclesiam & corpus Christi  
 constituti, vbi tandem sunt nisi in  
 regno tenebrarum, in quo Prin-  
 ceps tenebrarum imperium obti-  
 net? huic rei significandæ etiam in-  
 fan-

fantibus, non modo adultis, dum  
baptizantur, exorcismi & exsuffla-  
tiones, vetustissima Ecclesiæ con-  
suetudine adhibentur. Atq; vt ex  
ultimo pijs & minimè pertinacibus,  
satisfacient verba Augustini, qui-  
bus in explicatione Symboli ad ca-  
techumenos vsus est. Sicut, inquit,  
vidistis hodie, sicut nostis & paruu-  
li exsufflantur & exorzizantur, vt  
pellatur ab eis diaboli potestas ini-  
mica quæ decepit hominem, vt pos-  
sederet hoies. Non ergo creatura  
dei in infantibus exorzizatur, aut  
exsufflatur, sed ille sub quo sunt  
oës, qui cū peccato nascuntur, est em  
principes peccatorū. Ac per hoc p-  
pter vnū qui lapsus est, & oës mit  
in mortē, missus est vnus sine pec-  
cato, qui oës in se credētes pducit  
ad vitā, liberans eos à peccato. Atq;  
adco



DE BAPTISMO

adeo tanta auctoritate iam tum  
 matus fuit, hic puerorum exor-  
 zandi ritus, vt eum Pelagiani, qui  
 uis innocentes, & omni peccato im-  
 munes infantes assererent, tam  
 reprehendere & damnare ausi non  
 sint: atq; adeo eam ipsam cæren-  
 niam, tãquam firmissimum argu-  
 mentũ, & cui nemo Christiani no-  
 minis sit contradicturnus, ad con-  
 uincendum infantes naturæ vitæ  
 sub peccato, & diaboli imperio  
 teneri assumpsit. Quid inquit  
 ipsa forma sacramenti loquar? ve-  
 lem aliquis istorum, qui contra-  
 sapiunt, mihi baptizadum paru-  
 lũ offerret. Quid in illo agit Exor-  
 cyismus meus, si in familia diabo-  
 nõ tenetur? Ipse certè mihi fuerat  
 responsurus, pro eodem paruulo  
 quem gestaret, quia ille pro se re-  
 sponsus

De pecca-  
 torum me-  
 ritis & ve-  
 miss. lib. 1.  
 cap. 34.

spondere nõ posset, quomodo era-  
 go dicturus erat, cum renunciare  
 Diabolo, cuius in eo nihil esset?  
 Quomodo conuerti ad Deum, à  
 quo non esset auersus? credere in-  
 ter cætera remissionem peccato-  
 rum, quæ illi nulla tribueret? Ego  
 quidem si contra hæc eum sentire  
 existimarẽ, nec ad sacramenta cum  
 paruulo intrare permetterem. At-  
 que has exorzizandi & exsufflandi  
 cæremonias idem Augustinus in-  
 ter Sacrata signa, siue sacramenta  
 Ecclesiæ, prisicæ traditionis aucto-  
 ritate confirmata ponit, quibus ef-  
 ficacia diuinæ gratiæ, per quam in-  
 fantes de seruitio & captiuitate  
 diaboli liberãtur, euidenter signi-  
 ficetur. Eius verba adducenda pu-  
 tauì, quibus si quis non acquiescat,  
 frustra omnem operam aduersus  
 N obsti-

## DE BAPTISMO

Cont. Pel-  
lagium &  
Cælestium  
li. 2. ca. 40  
fol. 114.

obstinatos, Ecclesiasticorum rituum  
obtrectatores infumi video. Denique,  
inquit, ipsa Ecclesiæ sacramenta,  
quæ tam prisce traditionis auctoritate  
concelebrat, ut ea isti (Pelagianos  
intelligit) quamvis in parvulis  
existiment simulatorie potius  
quam veraciter fieri, non tamen  
auderent aperta improbatioe respuerent.  
Ipsa inquam, sanctæ Ecclesiæ sacramenta  
satis indicant, parvulos à parte  
etiã recentissimos, per gratiã christi  
de diaboli seruitio liberari. Excepto  
enim quod in peccatorum remissionem,  
non fallaci sed fideli mysterio  
baptizatur, etiã prius exorcizatur  
in eis & exufflatur potestas contraria,  
cui & verbis eorum, à quibus portantur,  
fese renunciare respondent. Quibus  
omnibus rerum occultarum sacratis &  
cuidetibus signis

gnis, à captiuatore pessimo, ad optimum redemptorē transire monstrantur: qui pro nobis infirmitate suscepta, alligauit fortem, vt vasa eius eriperet, quia infirmum Dei non solum est hominibus, verum & angelis fortius. Liberans itaque Deus pusillos cū magnis, in vtrisq; ostēdit, quod locuta est per apostolum veritas. Non enim solos ætate maiores, sed etiam pusillos eruit à potestate tenebrarū, vt trāsferat in regnum filij claritatis suæ. Porrò hunc vsum atq; effectū Exorcismi paucis quidē sed expressis verbis cōplexus est Optatus mileuitanus an- Optat. li. 4  
 te Augusti: Neminē inquit fugit, quod oīs homo qui nascitur, quāuis de parētibus Christianis nascatur, sine spiritu mundi esse nō possit, quem necesse sit, ante salutare

## DE BAPTISMO

lauacrum ab homine excludi &  
 parari. Hoc exorcismus operatur  
 per quem spiritus immundus de-  
 pellitur & in loca deserta fugatur.  
 Addam quoq; testimonium Ioa-  
 Chrysofomi Regiæ vrbis Con-  
 tinopolitanæ episcopi, ex quo gra-  
 canicæ quoq; ecclesię sententia con-  
 gnoscetur. Illud inquit, quod cir-  
 ca baptizandos in vniuerso mundo  
 sancta Ecclesia siue sint paruuli  
 ue iuuenes, vniformiter agit, non  
 otioso contemlemur intuitu  
 quòd cū ad regenerationis veni-  
 sacramentum, non prius fontē ve-  
 tæ ingrediūtur quàm exorcismis  
 & exufflationibus clericorum spi-  
 ritus ab eis immundus abigatur: &  
 deinde vasa eius eripiantur, in pos-  
 sessionem translati illius victoris  
 qui captiuam duxit captiuitatem.

Effigitur hic exorcismus, atq; hæc  
 exufflatio actio pia & mystica in ec-  
 clesia Christi, iam inde ab antiquis-  
 simis temporibus recepta, quâ Ec-  
 clesiae minister significat & testifica-  
 tur, omnes homines etiam infan-  
 tes, nondum in Christo per Spiri-  
 tum sanctum regeneratos, in re-  
 gno tenebrarum, peccati & diabo-  
 li vinculis obnoxios teneri, qui ec-  
 clesiae ministerio ab ipso Christo ec-  
 clesiae commisso, in celebratione  
 huius mysterij, depulsa & profliga-  
 ta diaboli potestate, in libertatem  
 filiorum Dei asseruntur. Deinde  
 minister Ecclesiae, tanquam diuini  
 iudicij executor, diabolo imperat,  
 vt ab homine, quem peccati vincu-  
 lo obstrictum, & potestati suæ sub-  
 iectum tenebat, vim suam & tyrā-  
 nidem, quam in omnes filios tene-

## DE BAPTISMO

brarum exercet, abstineat, & regnum  
 Dei locum cedat. Adhæc huiusmodi  
 exorcizatio vim habet precationis,  
 qua minister Ecclesiæ nomine  
 Deum obtestatur, vt diaboli potestatem  
 infringat. Quare virtus orationis  
 exorcismi, non in ipsis conceptis  
 verbis, sed in ipsa Ecclesiæ precatione,  
 quæ cum iuxta Dei verbum fit,  
 inanis esse non potest, constituta  
 est. Hanc autem Ecclesiæ mentem  
 verè intellexit Lutherus, & rectè  
 sequutus est cum inquit. Vnusquisq;  
 puer in lucem æditus, nascitur  
 in regno diaboli, vbi vt princeps  
 dominatur, omnemq; tyrannidem  
 propter peccatum exercet. Cùm  
 autem iuxta mādātum Christi ad  
 salutarem baptismum deferretur,  
 quo regeneratio fit ad regnum  
 Dei, tunc necesse est vt diabolus  
 cedat.

In Postilla  
 domestica  
 Dominica  
 Oculi.

INFANTIVM.

cedat, & exeat &c. Manifestum igitur ex his est, quomodo hoc exorcismo infans nondum regeneratus, in diaboli potestate esse significetur, non quod eius corpus à Diabolo obsideatur, quod quibus accidit Græcis *εξεργασμοί*, Latinis arrepticij vocari solent: sed quod omnis, qui extra Christi regnum est, ad diaboli regnum pertineat, in quo qui adhuc tenentur, filij iræ, inimici Dei, & captiui diaboli nuncupantur. Neque verò quisquam est qui vel hunc Exorcizandi, vel quemuis alium ab Ecclesia in Baptismi mysterio celebrando vsurpatum ritum, Baptismo Christi parem faciat, vel ad Baptismi gratiam consequendam, simpliciter necessariam ducat, sed quod ad virtutem & efficaciam



## DE BAPTISMO

huius mysterij amplificandam, hominum animis efficacius in-  
gendam, huiusmodi Cæremoniam  
tanquam viua quædam verba vtili-  
ter adhiberi censeantur.

## DE ABREVNNTIA- TIONE ET INTERRO- gatione fidei.

**Q**UAE modo de exorcismo &  
exufflatione diximus, pijs &  
non contentiosis ingenijs sufficienter  
puto. Nunc ad alterum quod ple-  
risq; Ecclesiæ auctoritatem & me-  
tem non satis attendentibus, non  
minus absurdum & ridiculum vi-  
detur, transeamus. Id aut est, quod  
iam olim recepto more, infans  
haud secus atq; adultus, interroga-  
ri qui nihil intelligat, & cum mu-  
to,

to, ac nihil eorū quæ aguntur percipiente, pacta conuenta iniri soleant. Illud verò non absurdum modo, verumetiam vanum esse, quod susceptor renuntiare eos Satanæ, & Christo credere respondeat, qui nondum quid sit Satanæ, quid Christus, quid fides, imò nec ipsi se nouerunt, ac postulat nunc quidem hæc temporum nostrorum temeritas & arrogantia, vt consuetudinis huius Ecclesiasticæ originem & causam paucis, quantum hic locus patitur, repetamus. Illud itaq; extra controuersiam est in adultis baptizandis professionem fidei requisitam fuisse, quod ex Actis apostolicis in baptismo eu- Acto. 8. nuchi patet. Et probabile est, iam inde ab apostolorum temporibus, non simplicem tantum interroga-

tionem, qualis eo loco describitur, sed expressam & distinctã, qualis hodiè quoque retinetur, usque antiquitatem patam fuisse, qua de patre filio & Spiritu sancto, item de remissione peccatorum, carnis resurrectione & vita æterna Baptizatorum professio exigebatur. Idem de abrenuntiatione Satanae, qua & vitæ prioris detestatio, & melioris vitæ promissio continetur, sentiendũ est: quæ & vetustissima consuetudine, & summa omnium totius orbis ecclesiarum consensione, huc usque servantur, & catechismi nomine designantur. Porrò huiusmodi quædam catechizandi ritum, etiã apostolicis temporibus in usu fuisse, indicat Epistola ad Hebræos. Cum inter prima fundamenta Christianæ religionis, quibus rudes in

Christi-

Christo imbuuntur, commemorat, pœnitentiam ab operibus mortuis, fidem in DEVM, resurrectionem carnis, & iudicium æternum. Certè non absurdè disputat Augustinus, non satis fore, *De fide & operib. cap. 9.* si modo homines id tantum, quod Philippo Eunuchus, respondeant, videlicet, credo filium Dei esse IESVM CHRISTVM, sed cætera etiam adiicienda, quæ Ecclesiastico more à baptizandis interrogantur. Sed de adulto nemo puto reluctabitur, quin si Baptismum exigat, abrenuntiatio Satanæ, quæ Pœnitentiæ significatio est, & diserta ac distincta Symboli fidei professio rectè ab eo exigatur. Cum autem in veteri Ecclesia, nullum in baptizando, sexus aut ætatis discrimen habe-

haberetur, idem quoq; interrogandi & stipulandi ritus in baptizandis paruulis obseruabatur, non modo in Latinis ecclesijs, quod ex Augustino manifestum est, sed etiam per Græcas & Orientales ecclesias, ut vnus Chrysostomus abundè testatur. Sic enim ille in Psal. 14. Quis docet de iustitia & cæteris virtutibus, non debet in finem vitæ suaderere hæc acquirere, sed ab initio ab ipsis incunabilis, & à teneris vnguiculis cum eis versari: huius re testis est experientia. Adducit aliquis infantem adhuc vbera sugentem ut baptizetur, & statim sacerdos exigit infirma ætate, pacta conuentu, & assensiones, & minoris ætate fideiussorum accipit susceptorem, & interrogat. renuntiaSatana? &c. Hæc itaq; omnia com-  
 muni

muniter in Baptismo tam infantium quam adultorum, antiquitus observata, cū iam multiplicato credentium numero, & Ecclesia Christi amplificata, soli infantes, à fidelibus parentibus ad Baptismum offerentur, ex prisca consuetudine, qua adulti vnà cum infantibus tingebantur, summo omnium Ecclesiarum consensu retenta fuerunt. Nam præter Græcos & Rutenos, Aethiopes quoque & Armenij, hūc interroganditum in Baptismo paruulorum religiosè observant. Manifestum autem est, quid iam olim August. Bonifacio eam quæstionem proponenti rescripserit, ideo videlicet responderi paruulum creditur, seu fidem habere, item conuertere se ad Deum, propter fidei & cons

DE BAPTISMO

conuersionis sacramentum, quia  
 hæc responsio ad celebrationem  
 pertineat sacramenti, cuius sacra-  
 menti virtute inter fideles seu cre-  
 dentes paruulus habeatur. porro  
 q̄ hodie quoq; huic antiquissimæ  
 & receptissimæ Ecclesiæ consuetu-  
 dini à quibusdam præpostere reli-  
 giosis hominibus obtrectatur, nõ  
 hodiè primum natum esse, ex Guil-  
 helmo parisiensi apparet, qui huius-  
 modi hominum commentum, &  
 diligenter confutat, & huius eccle-  
 siastici ritus, causam piè eruditeq;  
 explicare videtur, cuius explica-  
 tionis hæc est sententia, Quod in-  
 quit queritur, cur de fide paruu-  
 lus interrogetur, cum sciatur om-  
 nino credere & respondere non  
 posse, perinde est, ac si queratur de  
 paruulo, cur in iudicio conuenia-  
 tur,

tur, cum quid ab eo petatur non  
intelligat, & petitioni respondere  
non possit. Quo loco manifestum  
est, tutoris esse partes ut eum de-  
fendat, ac totam causam eius no-  
mine agat, quicquid autem hoc  
modo tutor agit pupilli nomine,  
quo eius conditio efficitur meli-  
or, pupillo prodest, etiam igno-  
ranti. Quanto magis in causa sa-  
lutis animarum prolesse debet in-  
fanti ad eius lucrum spirituale,  
quod per spiritualem tutorem  
seu confitendo, seu negando, ei-  
us nomine agitur. Quæ igitur à  
tutore infantis nomine confes-  
sio fit, optimo iure infantem ob-  
ligat, utpotè cum per eam obliga-  
tionem conditio eius melior red-  
datur. Itaque & paruulus credit  
per patrinum seu susceptorem,  
& rur-



& rursus patrinus credit paruulo  
 id est, ad eius utilitatem & commo-  
 dum. Quomodo itaque in iudicio  
 post tutoris confessionem, sen-  
 tentia fertur pro pupillo, ita po-  
 fidei professionem infantis nomi-  
 ne à susceptore tanquam spiritua-  
 li tutore factam, infans per bap-  
 tum in Ecclesiam Christi adopta-  
 tur. Hęc quidem ab illo piè rectè  
 dicuntur, quibus aliorum quo-  
 que Ecclesiasticorum scriptorum  
 explicationem adiungemus, quæ  
 huiusmodi est. Is qui pueri bap-  
 tizandi nomine respondet credo  
 non illud dicit, puerum videlicet  
 crediturum cum ad legitimos an-  
 nos peruenerit, alioqui diceret  
 credet, non credo, sed profiteretur  
 fidem Ecclesiæ in persona pueri  
 cui Ecclesiæ fides communicatur.

Vide 2. ho-  
 mil. part. 5.  
 quest. 11.  
 art. 1.

& cuius sacramentū ei attribuitur,  
 & ad quā per alium obligatur: neq;  
 em̄ inconueniens est, quòd aliquis  
 obligatur per alium, in ijs quę sunt  
 de necessitate salutis, & quibus cō-  
 ditio eius efficitur melior. Quę em̄  
 conditio melior & optabilior esse  
 possit, quā de captiuo diaboli fieri  
 ciuem Ecclesię Christi, imò adop-  
 tari in filium Dei? Itaq; Ecclesia fi-  
 dem suā puero attribuit, & cōmu-  
 nicat, cuius fidei per voluntatē Ec-  
 clesię offerentis, & virtutē admini-  
 strati Baptismi, infans particeps &  
 consors efficitur, & in fidelium si-  
 ue credentium numero & loco ha-  
 betur. Proinde hęc fidem Ecclesię,  
 quę eadē cōmunicatione & parti-  
 cipatione infantis est, susceptor ei-  
 us noīe profitetur. Hęc itaq; fides,  
 in quā infans baptizatur, & quā p  
 O eō

DE BAPTISMO

Gabriel  
Biel in 4.  
distinct. 4.  
quest. 2.

cò susceptor p̄fitetur, non est fides  
prorsus aliena, hoc est parentum  
vel eorū, qui puerum baptizādum  
offerunt, neque verò eius qui Ba-  
ptismum ministrat, nisi quatenus  
eorum fides in Ecclesiæ catholice  
fide continetur, sed est vt diximus  
fides Ecclesię, infanti accommoda-  
ta & communicata. Itaq; & si hare-  
tici sint qui offerant, & heretici  
qui baptizant, dum modo legiti-  
mam formam seruent, verè bap-  
tizant: quo pertinet illud Augusti-  
ni. Non quia dicitur, sed quia cre-  
ditur, creditur inquam, non à ba-  
ptizante vel baptizato, sed ab Ec-  
clesia, hic in terris etiamnum mili-  
tante. In hanc quoque sententiam  
quidam hodiè eruditi Theologi de  
fide hac Ecclesiæ, quam ad interro-  
gationem ministri infantes per ora  
gestan-

gestantium profitentur, hunc in modū differuere. In corpore mystico sumus inuicem membra, quæ pro se inuicem sollicita sunt. Atqui paruuli cum manibus gestantium veniunt ad Baptismum, in vnum mysticum Christi corpus per Baptismum cōueniunt. Actus ergo membrorum Ecclesiæ, hoc est offerentium paruulos ad baptismum, efficiuntur actus paruulorum, & sic Ecclesia, cuius brachijs ad Christum deferuntur infantes illis cor accommodat ad credendum, aures ad audiendum, intellectum ad capiendum, linguam ad respondendum. Hæc pro explicanda consuetudine Ecclesiæ & eius cōsuetudinis ratione reddenda satis dicta esse existimo: quare & pijs, minimeq; pertinacibus & contentious

DE BAPTISMO

tiosis satisfaciunt, Qui autem ne  
his contenti erunt, eos vt conten-  
tiosos magis quàm religiosos re-  
linquendos puto.

DE RELIQUIS BA-  
PTISMI CAEREMONIIS.

QVOD ad reliquos ritus atti-  
net in solèni huius sacramen-  
ti administratione seruatos, ij par-  
tim in precibus & lectiõibus sacris  
cõsistunt: in quibus fanè nemo pius  
quicquam aliud desiderabit, quàm  
vt circumstantium & præsertim  
eorũ ad quos spectant, edificatio-  
ni, dum ab eis exaudiantur & intel-  
ligantur, seruiãt. Alij autem actio-  
nibus quibusdam symbolicis con-  
stant, vt sunt consignationes, siue  
signi crucis impressiones, manus  
impositiones, olei ac chrismatis in-  
unctio-

unctiones &c. in quarum obseruatione nihil erit incommodi, si quid patres ad eas instituendas & obseruandas impulerit, attendatur & inspicatur. Cum enim ex Christi instituto duo sint in baptismi sacramento, verbum & elementum seu Symbolum, quibus tota baptismi substantia, tanquam materia & forma perficitur. vtile futurum putabant, si ad naturam, usum & dignitatem huius Sacramenti amplificandam & commendandam, & homines ad dignam huius sacramenti susceptionem preparandos, utraque pars, consentaneis verbis & signis explicaretur. Quoadmodum itaque verbum ex Christi instituto in baptismo pronuntiatum, longiore verborum explicatioe, id est, certis à literis sacris lectionibus, precationibus, exhortationibus explanandum & decla-

## DE BAPTISMO

randum putauerunt, ita etiam conueniens visum fuit, si in rudium & imperitorum gratiam, qui signis oculis subiectis, magis quam verbis in aures incurrentibus, commouentur, Symbolo illi necessario, signa quaedam idonea adijcerentur: non quibus baptismus tanquam mutilus perficeretur, sed quibus baptismi virtus & efficacia, clarius proponeretur, & firmius eorum animis infingeretur. Quare non est, cur quisquam Ecclesiam vniuersalem in obseruatione horum signorum, vna cum sacris precibus & lectionibus reprehendat: maxime si haec omnia ad suum finem accommodentur, ut & lectiones a circumstantibus exaudiantur: ita etiam usus signorum diligenter explicetur, ut signa quorum usus cognoscitur, utilia esse possint.

THESES

## THESES

OPPOSITAE THESI-

BVS CVIVSDAM IMPROBAN-

*tis benedictionem aquae Baptismi, &**reliquas Baptismi Ceremonias.*

NIHIL EST ADDENDVM  
 verbo Dei in institutionibus sa-  
 cramentorũ, quod tanquam ne-  
 cessarium ad eorũ perfectionem  
 requiratur. Recte enim illud à Theologis  
 scholasticis dicitur, illius esse solius sacramē-  
 ta instituire, cuius est sacramentis efficaciam  
 dare. Benedictio autem illa aquę baptismatis,  
 iam olim in omnibus totius orbis Christiani  
 Ecclesijs vsurpata, non requiritur vt simpli-  
 citer necessaria ad perfectionem, hoc est ma-  
 teriam vel formam Baptismi, igitur non pu-  
 gnat cum illa sententia qua prohibetur addi  
 aliquid verbo vel institutioni Dei. Ad mino-  
 ris probationem in promptu sunt verba Pe-  
 tri Lombardi in 4. sententiar. Dist. 23. Potest  
 inquit Baptismus celebrari in aqua non be-  
 nedicta, qua benedictio illa pro reuerentia  
 tantum fit & decore, non virtute sacramenti,



INFANTIVM.

Idem demonstrat praxis Ecclesiæ, quæ in aqua communi urgente necessitate baptizatos, pro verè baptizatis habet.

Cùm adhibetur aqua benedicta, non definit esse vera substantia & elementum aque, in quo elemento Christus materiam Baptismi constituit, benedictio enim naturam non mutat, sed nomen Dei super creaturam inuocat, vt ad peragendum tantum mysterium præparetur & sanctificetur.

Neq; id inutiliter fit, etiam si per se aqua nulla adhibita sanctificatione, idonea sit Sacramenti materia. Paulus enim pronuntiat, omnem Dei creaturam esse bonam, sanctificari tamen per verbum & orationem.

Nihil prohibet, quominus cum consecratione seu potius benedictione aque Baptismatis, similes quoq; ceremoniæ in Baptismi administratione iam olim vsitatæ piè retineantur, videlicet ad reuerentiam erga veterem Ecclesiam declarandam, & charitatem erga præsentem Ecclesiam per vniuersum orbem diffusam testificandâ & nutriendam: vt sunt exorcismi, crucis consignationes, Chriftum inunctiones, quas ceremonias & plures huius generis iam inde à Dionysij Tertulliani & Cypriani ætate in Ecclesia receptas esse constat.

Benedictio

Benedictio illa aquę in Baptismo iam olim à grauiſſimis, eruditiffimis & ſanctiffimis viris & Eccleſiarum præſectis, ad reuerentiam & decorem, item ad illuminationem & commendationem huius myſterij adhibebatur: non eſt igitur ocioſa, non pugnat cum diuino inſtituto, neq; eius virtutem euertit, ergo non eſt impia.

Quamuis verbum inſtitutionis, & fides adhibita verbo ad Baptiſmum perficiendum ſufficiat, ita vt ſimpliciter externis & acceſſorijs Cęremonijs, vel ad ornandum vel ad ſignificandum opus non fit: tamen nulla vnquam gens Chriſtiani nominis tam Barbara fuit, quę in publica adminiſtratione Baptiſmi, non aliquas cęremonias & ritus præter nudam tinctionem, & verborum dominicoꝝ pronuntiationem adhibuerit, hodieq; adhibeat. Non quidem vt Baptiſmo aliquid tanquam neceſſariũ addatur, ſed vt myſterij huius dignitas rudibus cõmendetur, cuiusq; virtus & efficacia declaretur.

Tametiſi aquę benedictio quę ſolemni & vetuſto ritu ab Eccleſiarum miniſtris fit, hodie idiotis & ſacrificis etiam ipsis ſerè ignota ſit, ea tamen ignorantia actionem ipſam pię & vtiliter inſtitutam non vitiat, poteſt enim à pijs hominibus & mentem propoſitumq;

## DE BAPTISMO

Ecclesiæ intelligentibus vtiliter vsurpata quamuis ipsis per ignorantiam vel superstitionem ab utentibus inutilis atq; adeo perniciosa & Idolatrica fieri possit.

Quamuis scripturæ sacræ explicent vniuersum Baptismi, non tamen frustra adhibentur æternæ cæremonix, quæ cum in oculos incutiant, & quodammodo visibilia verba sint, non modo rudium, verum etiam eruditorum animos commouent, præsertim si interpretatio & intelligentia accedat, quod absq; magnâ difficultate fieri potest.

Non satis considerate fieri videtur, cum cæremonix iam inde ab antiquissimis Ecclesiarum temporibus, per vniuersum ferè Christianum orbem ex prisca consuetudine à sanctissimis & rerum diuinarum peritissimis viris vsurpata, appellantur prophanz cæremonix, muta simulachra ab hominibus inuenta, puerilis & incerti ritus, &c. His enim verbis non dico conuicijs, non modo præsentis Ecclesiæ status incessitur, verû vt dixi vniuersi propemodum Ecclesia, quatenus Ecclesiasticorum scriptorum memoria repeti potest, in crimen ignorantix, imò impietatis & Idolatriæ vocatur.

Prestaret igitur huiusmodi ritus etiam si aliquid incommodi in se continere videantur, propter

propter reuerentiam veteris Ecclesiæ excusa-  
re, charitatis & pacis causâ tolerare & vsurpa-  
re, quàm ob rem non necessariam, aliquid in  
Ecclesiæ statu turbare: si quid autem periculi  
ex falsa persuasione existat, diligenter huic  
malo fideli institutione & commonefactione  
occuratur.

Non pugno tamen tempus incidere posse,  
ut in aliqua Ecclesia communi consensu per  
eos qui summa auctoritate præditi sunt, cere-  
moniæ aliquæ etiam antiquæ, ob graues cau-  
sas prudenter & paulatim intermittantur, &  
auferantur, modo id illius populi magna uti-  
litas exigere videatur, & quàm minimo scan-  
dalo & perturbatione fiat. Ad hæc commu-  
nio spiritus & vinculum pacis & charitatis,  
cum reliquo corpore Ecclesiæ conseruetur.  
Verum hæc ad priuatos homines nõ attinet,  
quibus in quam Ecclesiam venerint, eius Ec-  
clesiæ cæremonijs (modo non prorsus impiæ  
& perniciosæ sint) tanquam communibus &  
receptis legibus vtendum, & in ijs acquies-  
cendum esse videtur.

Paulus Corinthijs fideliter tradidit quod à  
Dño accepit, neque quicquam addidit, quo  
institutum Christi vt mancum & mutilum  
perficeretur: quamuis eiusdem Pauli ætate in  
discipulorū seu Christianorū conuentib⁹, in  
quibus

DE BAPTISMO

quibus & fractio panis celebratur, non pauca obseruata fuerunt, à Christo in vltima cena nec instituta nec vsurpata, vt Psalmorum decantatio, linguarum interpretatio, oratio prophetia.

Non igitur reprehendēdi nec impietatis imitandi sunt patres, qui ceremonias aliquas quas institutioni populi idoneas putauerunt non ad necessitatem Baptismi, sed ad institutionem Baptizandorum instituerunt vel obseruarunt.

Abusus hominum & præpostera ceremoniarum fiducia, vsum legitimum ceremoniarum non tollit.

Alienus modus est colendi Deum, qui vel pugnat cum vero cultu, vel abducit à vero cultu Dei: non qui eò institutus est, vt homines ad verum Dei cultum adducat, & ad eius obseruationem informet.

Quamuis verbum Dei sacris literis continentur, & Sacramenta nobis ab ipso relicta plenam institutionem contineant: tamen non inanis est opera illorum, qui verbi intelligentiam & sacramentorum significantiam pluribus verbis & signis, modo diuino verbo non aduersentur explicandam, & in hominum animis defigendam putarunt.

Aqua Baptismi non consecratur ex diuino mandato.

mandato & verbo, vt efficiatur salutis sacramentū, sed per inuocationem diuini nominis benedicatur, vt seruiat & accommodetur ad vsum Sacramenti.

Verborum quibus in sacris precibus utimur, non est is vsus tantummodo vt doceant, sed vt orantium mentem in Deum eleuent & ad contemplationem rerum diuinarum adducant: ergo pij Ecclesiarum ministri, qui melioribus quoq; Ecclesiæ temporibus solemni prece aquam Baptismi benedicebant, vel sanctificabant, neq; verbis abutebantur, neq; populo fideli verba dederunt,

Ezechias rex publica potestate in vniuerso regno Iudæe fungens, serpentem æneum confregit, quo populus ad idolatriam abutebatur, ergo licet publica potestate & summa auctoritate in Ecclesia & Repu. Christo fungentibus, statuas vel cæremonias, quibus manifestè populus ad idolatriam abutitur, euertere & abrogare. Non tamen consequens est, vt quæuis receptæ & inueteratæ cæremoniæ, quibus aliqui hominum per superstitionem & falsam persuasionem abutuntur, statim & passim à quibusuis necessario aboleri debeant, cùm adhibita commonefactione citra pietatis periculum & propter pacis vinculum relinqui & tolerari possint.

Frustra

## DE BAPTISMO

Frustra colitur Deus mandatis & Doctrinis hominum, sed quibus irritum fit mandatum Dei. Nam & Apostoli Acto. 16. non solum quæ à Christo erant mandata, verum etiam decreta, quæ ab apostolis & senioribus ordinata, per Ecclesias gentium prædicarunt.

Si Baptismo nihil prorsus addi potest, cur præter paucula illa verba Christi, etiam in Ecclesijs quæ purissimæ ab omni Cæremoniæ inquinamento haberi volunt, tam multæ & nonnunquam prolixæ preces, in administratione sacramentorum ab hominibus compositæ adhibentur?

Cogniti abusus non sunt retinendi, sed Cæremonijs quibus non necessario implicati sunt, abusus sunt remouendi, & verus usus tradendus, neque necessario Cæremoniæ abolendæ, etiam si quibusdam absonæ & absurdæ videantur.

Qui non iuuantur umbris Cæremoniarum, eò quod norint veritatem, tolerant eas vobis opus est, propter charitatem.

Neq; benedictionis aquæ Baptismi, neque aliarum quarumvis Cæremoniarum abusus defendendus est, neq; rursus hæc benedictio aquæ neq; aliæ quævis Cæremoniæ propter aliquorum hominum abusum (qui non solum Cæremonijs Ecclesiasticis, sed etiam Di-

vinis institutis accidere potest) statim neces-  
sario sunt remouendæ.

Verus externus Baptismus, constat Elemē-  
to & verbo. At Baptismus maiorum nostro-  
rum, fuit in aquæ Elemento, adhita forma  
Christi mandato p̄scripta, igitur maiores no-  
stri, verò externo Baptismo baptizati fuere.

Accidens non mutat rei substantiam, be-  
nedictio autem hæc maiorum nostrorum ex-  
trinsecus aquæ accidit, mansit igitur vera &  
simplex aquæ substantia.

Non igitur cōsequens est, vt si Christus &  
apostoli aqua non benedicta baptizarint, ma-  
iores aut nostri benedictionem quãdam ad-  
hibuerint, alia aqua, alioq; Baptismo quam  
Chri vsi sint, veroq; Christi Baptismo carue-  
rint. Quemadmodũ non sequitur, Christus  
creditur vsus pane in fermentato, Græci autẽ  
hucusq; & olim vt putatur Romani quoque  
vsi fuerũt pane fermentato, nõ igitur fuit pa-  
nis Dominicus, nec Cœna Christi.

Cœna qua modo ab aliquot annis vtitur  
occidentalis siue Romana Ecclesia, cōstat pa-  
ne & vino, quorum vtrumq; vel à sacrificante  
sumitur, quanquam in eius solenni dispensa-  
tione Calix Dominicus præter veterum mo-  
rem prætermisus sit, verum tamẽ sacramentũ  
Dñici corporis est, quod sub panis mystico  
Symbo-



## DE BAPTISMO

Symbolo à populo sumitur, quamuis nõ acci-  
 piatur plenum sacramentum, quod ad eius  
 vltimam significationem attinet, quæ est ple-  
 na nutritio, quæ cibatione & potione spiri-  
 tuali perficitur, à pijs verò & dignè acceden-  
 tibus, totam sacramenti virtutem, licet nõ ex  
 vi sacramenti, perceptam esse credendum est.  
 Mitius ergo & verius iudicauit aliquãdo Ma-  
 tinus Lutherus, cùm disertè inquit. Fatemur  
 in papatu veram esse scripturam sacram, verum  
 Baptismum, verum sacramentum altaris &c.  
 In Epistola quadam de anabaptismo. Item in  
 libro de missa priuata, ædito post comitia Au-  
 gustana. In hac inquit Ecclesia (de Romana  
 loquitur) Deus miraculosè & potenter serua-  
 uit Baptismum: in cõcionibus textum Euan-  
 gelij. Deinde remissionem peccatorum & ab-  
 solutionem, tum in confessione, tum publi-  
 cè. Deinde sacramentum altaris, quod sub Pa-  
 schæ, aut alias bis aut ter quotannis porrige-  
 bant Christianis, licet erepta altera specie.  
 Neq; verò hæc ereptio, seu vt modestius lo-  
 quamur, omisio alterius speciei, saluti popu-  
 li quicquam detraxit, vel ipsius Lutheri iud-  
 cio, qui in altera specie totum Christum con-  
 tineri confessus est.

Quanquam nõ temere multi hodiè in Ec-  
 clesia Catholica pij viri mouentur, vt calicem  
 huiusmodi

hunc Dominici sanguinis omnibus, vt Theophylactus loquitur, à Christo indifferenter propositum, si modo id in vnitatē Ecclesiæ obtineri possit, expetant: multiq; graues & eruditi viri eius vsum ab Ecclesia Roma. certis de causis ad tempus prætermisum, ab eadē Ecclesia piè petentib<sup>9</sup>, concedendū iudicant: quòd & superiore sæculo in Bohemia factum fuit, & nunc instante Religiosiss. Imperat. piè & Augustæ memorię Ferdinando per imperij sui fines factum esse omnes ecclesiasticæ pacis studiosi gratulantur: vt vel hinc appareat Ecclesiam nunquam, vt quidam calumniantur, Dominicum calicē populo semel eripuisse, vel in totū aboleuisse, quin si ita expedire videatur, restitui & in vsum reuocari possit.

Videndum est ne contumeliosum in Christum & eius Ecclesiam, ne dicam blasphemū haberi possit, vniuersam per totum orbem Ecclesiam iam inde ab antiquissimis temporibus ignorantia rerum diuinarum, & contaminationis Baptismi insimulare, atque adeo vero & externo Christi Baptismo, id est, regenerationis & remissionis peccatorum sacramento spoliare, imò ipso Christianismo profus exuere, Neq; enim video quomodo Christianum nomen tueri possint, qui initia hæc & fundamenta Religionis, quæ magna

## DE BAPTISMO

ex parte in vero vsu sacramentorum positi sunt, haften' ignorarint, & regenerationi sacramento non solum caruerint, sed etiam sacris prophanis commentis Diuinum hoc sacramentum contaminarint, imò prorsus euerterint, & ab Ecclesia sustulerint. Hæc enim scelerata maiora sunt, quam vt ignorantia patrociniò subleuari possint. Quomodo enim nõ erit illa affectata ignorantia, si quibus tam parata copia fuit Diuinarum literarum, aduersus tantam manifestam lucem in diuinis literis resplendentẽ oculos occluserunt, aut quomodo non neglexit Deus Ecclesiam suam, si eam totis mille annis, iam inde serè ab ipsis initijs per vniuersum orbem in tanta ignoratione versari permiserit, imò eam statim ab initio extingui & deleri voluerit?

Notæ vero Ecclesiæ esse traduntur verbum Dei & legitimus vsus Sacramentorum, at penes maiores nostros negatur fuisse vera intelligentia scripturæ sacræ, in rebus maximi & præcipui momenti. Item legitimus vsus Sacramenti Baptismi illis adimitur, non sicut igitur penes maiores nostros CHRISTI Ecclesia.

Nec fides & cognitio, neq; ignorantia hominum, aut constituere potest vera Christi Sacra-

Sacramenta, aut irrita facere. Si igitur Baptismus maiorum nostrorum, qui fit aqua per orationem benedicta, non est verus Baptismus Christi, quòd ad cæremoniam attinet, ergo nemo verè eo Baptismo uti potest, tanquam Baptismo Christi, quicquid tandem intelligat, quicquid credat vel non credat.

Ignorantia quidem excusat, sed in leuioribus delictis: in grauioribus autem & capitalibus criminibus, cuiusmodi imprimis est profanatio & contaminatio Baptismi Christi, venia non datur erranti, nisi errorem agnoscanti, & contrarijs factis, quæ per errorem admissa sunt, corrigenti.

Ex quo duo sequuntur. Primum, maiores omnes nostros, in quibus est amplissimus eruditissimorum & sanctissimorum virorum cœtus, innumerabilis constantissimorum martirum numerus, quum errorem hunc exitialem nunquam nec agnouerint, neque correxerint, huius suæ ignorantæ & transgressionis diuinæ institutionis perpetuas pœnas dare.

Alterum, necessarium omnino esse, ut qui hunc errorem contaminati Baptismi agnoscunt, vero, puro & legitimo Baptismo eum errorem corrigant: neque erit iteratus **BAPTISMVS** dicendus, cum

## DE BAPTISMO

prior ille verus Christi Baptismus non fuerit.  
Ita cauendum est, ne dum imaginariam Chri-  
stianam vitam, in veram & exitialem Scyllam  
huiusmodi rationum argutijs impellamus.

Quamuis in ciuilibus rebus, legibus iudi-  
carijs testamenti veteris non teneamur, qui-  
busdam tamen similibus legibus vbi res pos-  
tulat, vti possumus. Ita in rebus Ecclesiasti-  
cis, ceremonijs aliquibus cum Iudejs com-  
munibus vti nihil prohibet, modo id non fiat  
Iudaicè, hoc est, non ad legis necessitatem,  
sed ad Ecclesiæ vtilitatem.

Si maiores nostri aquam consecrarunt, non  
tanquam ad necessitatem, sed ad vtilitatem,  
ergo qui eum ritum contemnunt, quo citra  
impietatem vti possint, reprehensione omni-  
no non carent: non quidem vt hæresis asse-  
ctores, sed vt publicæ & Ecclesiasticæ consue-  
tudinis contemptores: hoc enim factum in cha-  
ritatem potius quam in fidem peccatur, qua-  
rum vtraq; tamen nobis commendatur.

Non est quidem inutilis dissensio, qua eiu-  
scit veritas, & corriguntur abusus, at pernicio-  
sum est dissidium, quod propter ceremo-  
nias suscipitur, quæ citra impietatem seruari  
possunt, & quarum abusus aliter corrigi po-  
test, & quarum neglectus sine Ecclesiæ per-  
turbatione accidere nequit.

Christus

Christus & Apostoli propter res non necessarias nunquam publicam pacem turbarunt, sed tantum ob fidei doctrinam necessariam: & Apostoli legis ceremonias, etiam post Christi resurrectionem, & Euangelij prædicationem obseruarunt, cum iam tamen eorum obligatio, virtute mortis & resurrectionis Christi, & noua Euangelij & noui testamenti institutione cessarit, factus est enim Paulus Iudæis Iudæus, vt Iudeos lucrifaceret.

Maiores nostros posterioribus his & deterioribus annis Ecclesiæ ab omni prorsus superstitione & errore vindicare non possum. Idola autem coluisse idolatrasque fuisse dicere nonolim, ne illis prorsus Christum & Ecclesiam adimere cogar, cum dicat Apostolus, nullam esse concordiam Christo ad Belial, neque vllum consensum templo Dei cum Idolis. Neque statim consequens est, vt si aliqui errores posterioribus temporibus Ecclesiã inuaserint, etiam hæc benedictionis ceremonia antiquitus vbiq; obseruata Idolatriæ & impietatis sit iacufanda.

Ritus consecrandi aquam Baptismi eo verbo nititur, quo reliquæ Ecclesiasticarum ceremoniarum obseruationes, cum docent Apostoli ordinationes maiorum seruandas, & præpositis obediendum &c. Abolitio autem

## INFANTIVM.

**I. Corin. 15.**

temeraria & cum turbatione & scādalo coniuncta non caret, verbo prohibitionis certè dissuasionis. Obsecro vos fratres, sint in vobis schismata, siue dissidia. Sine offensione estote Iudæis & gentibus & Ecclesie Dei. Non est confusionis auctor Deus. Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus.

Negari non potest, ritum hunc benedictionis & alios non paucos, quorum adhuc vestigia ex antiquitate retinentur, non parum à primo suo fine & vsu ad quem instituti fuere, temporum mutatione deflexisse, quare optandum esse, vt per eos, quorum est summa in Ecclesia auctoritas, publicè Ecclesie & populi Christiani consensu, aut ad priscum suum finem & vsum restituantur, aut qui minus expedire videntur vel aboleantur vel paulatim aboleri & interire fiant, quemadmodum de nonnullis alijs cæremonijs, vt prægustatione lactis & mellis, &c. factum esse constat.

Hoc tantum hoc loco efficere voluimus antiquissimas has, & longo vsu confirmatas cæremonias, quæ citra impietatem seruari possunt, non esse temerè insectandas, nec pertinaciter violandas, nec earum causa Ecclesias, in quibus adhuc earum vsus retinetur, perturbare.

perturbandas, sed ex Christiana charitate,  
pacis & vnitatis studio obseruandas, adhibi-  
tis his cautionibus, vt superstitionis pericu-  
losi qd' immineat, occurratur, & nihilomi-  
nus huius Sacramenti institutio, vsus, & my-  
sterium fidelibus studiosè explicetur,  
& amplissimè commendetur, vt &  
Christo suus ex fide honos, &  
Ecclesię sua ex charitate  
reuerentia tri-  
buatur.

P 4


DE



DE BAPTISMO

DE STATU  
INFANTIVM, QUI  
IN ECCLESIA NATI,  
citra Baptismi sacramen-  
tum moriuntur.

Eadem de re sententia quorundam  
recentium Ecclesiasticorum  
scriptorum.

NTER COS qui infantium  
Baptismaum vt Christianū  
& legitimum probant, nō  
leuis tamen controuersia restat, de  
causis baptismum antecedentibus,  
deq; eiusdem baptismi virtute & ef-  
fectu. Nōnulli em̄ hac nostra ætate  
extiterunt, qui ideo infantes tan-  
tummodo baptizandos sentiunt,  
quòd virtute diuini fœderis quod  
Deus cum Abraham & semine ei-  
us

us pepigit, iam inde ab ipso vtero sanctificati, & in filios Dei adoptati sunt. Quare solis infantibus qui fidelibus parētibus sati sunt baptis- mi sacramentum deberi, vt quod ad solos eos, qui iam antè sanctifica- ti sunt, & in fœdere dei inclusi per- tineat. Profanari enim baptismum si alienis tradatur. Probant hęc su- am sententiã, primum verbis, qui- bus ad Abraham vsus est deus, cum inquit, vt sim deus tuus & deus fe- ministui post te. Verũ hęc non eò pertinet, vt statim quisq; ex Abra- hæ femine fatus esset, eò ipso san- ctus & fœderis Dei particeps habe- retur, sequitur enim continuo. Et tu ergo custodies pactum meum & semen tuum post te. Hoc est pactũ meum. Circumcidatur ex vobis omne masculinum, masculus cu-

## DE BAPTISMO

ius caro præputij circūcisa non fu-  
 erit, delebitur anima illa de popu-  
 lo suo, quia pactū meum irritū fe-  
 cit. Certum est igitur hæc verba &  
 promissa Dei ad eos tantum Abra-  
 hæ posteros pertinere, qui pactum  
 eius obseruabāt, ad cuius obserua-  
 tionem etiā infantes obstringebā-  
 tur. In nouo verò testamento di-  
 fertè inquit Paulus: NON oēs qui ex  
 Israel sunt, ij sunt Israelitæ, neq; q  
 semen sunt Abrahæ oēs filij, sed in  
 Isaac vocabitur tibi semē, id est, nō  
 qui filij carnis hi filij Dei, sed qui fi-  
 lij sunt promissionis estimantur in  
 semine: & ad Galatas, inquit. Nos  
 fratres secundum Isaac promissio-  
 nis filij sumus. Pertinent igitur ad  
 hoc semen, qui per fidem, filij Dei  
 facti, non ex sanguinibus neque ex  
 volūtate viri, sed ex Deo nati sunt, &

& ex aqua & spiritu renati, in Baptismo Christum induerunt, quorum liberi vt in femine isto censeantur, non satis est illis, vt secundum carnem ex ipsis nascantur, sed vt ex aqua & spiritu in Christo renascantur, & tum demum promissionem noui testamenti assequantur, cum Deus per lauacrum regenerationis abstulerit peccata eorum. Itaque à peccatis mundati & societati sanctorum & credentium aggregati, promissionis filij erunt. Quòd autem ex Paulo adfertur, filios è fidei parente natos, esse sanctos, quomodo à veteribus intellectum sit, supra explicauimus. Eo sanè modo huiusmodi fidelium liberi sancti dici possunt, quomodo vir infidelis per mulierem fidelem dicitur sanctificatus.

Neq;

## DE BAPTISMO

Neq; enim illi ad sanctitatem sanctificat, quod uxorem habeat fidelem sed vxor fidelis auctor illi & causa est, vt religione Christi suscepta, in baptismo per Christi sanguinē sanctificetur: sic & fidelis parentis filij sancti dicuntur, nō modo quia sanctificationi sunt destinati, sed quia fidelis parentis opera à labe peccati, per lauacrum spirituale sanctificantur & emundantur. Deinde in hac sententia hoc est absurdum, quòd Paganorum & Iudæorum liberos omnino à baptismo prohibeat, qui certè hac ratione, neque semen Abrahamæ neq; sancti dici possunt. Quid igitur si ex infidelibus nati infantes, vel iusto bello quaesiti, vt fieri possit, vel emptione, vt de nonnullis nobilibus fœeminis narrat Augustinus, vel per exposi-

sitionem à parentibus derelicti, in Christianorum manus & potestatem veniant, quis neget illos Christo per Baptismum sanctificandos, & societati Ecclesiæ initiandos offerri posse, tametsi nullam secundum carnem è fidelibus maioribus originem ducant?

Alij igitur ex aduerso causam expetendi & adhibendi infantibus baptismi in eò constituunt, quod infantes omnes seu fidelibus seu infidelibus parentibus orti, ipsa origine ac propagatione peccatū contraxerunt, atque ideo iræ, morti & dānationi obnoxij sint, & à regno cœlesti, & societate filiorum Dei seclusi & alieni: à cuius hæreditarij peccati reatu & noxa liberari & regno Dei potiri nō possunt, nisi ex Christi præscripto, ex aqua & spiritu

## DE BAPTISMO

tu renascantur, & qui filij erant  
 carnis, in hoc lauacro regenerati-  
 onis in filios Dei adoptentur, de  
 qua causa satis supra dictum est.  
 Atque in hanc Ecclesiæ antiquam  
 perpetuam & constantem sententi-  
 am, Lutheri quoque sectatores  
 conueniunt, sed dissidium quod-  
 dam est, de gratia & virtute Baptis-  
 mi, quæ causa sit vt ea ab infanti-  
 bus quoque in baptisimi sacramen-  
 to percipiatur. Nam qui à Luthe-  
 ro sunt, proprium quoque mo-  
 tum & actum fidei infantibus tri-  
 buunt, qui verò ab Ecclesia sunt,  
 infantibus proprio fidei affectu  
 per indigentiam ætatis destituti  
 Ecclesiæ fidem illos Christo offe-  
 rentis & pro ijs deprecãtis attribui  
 & communicari tradunt, sed hu-  
 ius rei supra meminimus.

Quòd

Quòd verò ad effectum & virtutē Baptismi attinet, omnes quidem sentiunt baptizari infantes in remissionem peccatorū, & adoptionem filiorum DEI, verum illi qui infantes iam inde ex utero sanctos afferunt, Baptismo virtutem tantum obfignandi & testificandi hanc sanctitatem tribuunt, sicut hæc sanctitas & adoptio nulla necessitate cum Baptismo colligetur. Alij infantibus ad hanc remissionis peccati & adoptionis gratiam obtinendam, Baptismi sacramento opus esse credunt, sed inter hos non nihil quoque discriminis est: nam alij hanc sanctitatem & salutem infantium vsque adeo ad Baptismi Cæremoniam astringunt, vt infantes etiā si mortis necessitate, nullaq; parentum negli-



## DE BAPTISMO

negligentia ab externa Baptismi lo-  
 tione excludantur, à salute quo-  
 que & vita eterna infantes illos ex-  
 cludant, inducti his Christi verbis  
 Nisi quis renatus fuerit ex aqua &  
 spiritu, non intrabit in regnū dei.  
 Alij verò virtutem hanc remitten-  
 di peccata &c. inesse baptismo non  
 negant illi quidem, sed eam obti-  
 neri posse, etiamsi non re ipsa, sed  
 voto tantum obtineatur Baptis-  
 mus: videlicet cū ipsius externi sa-  
 cramenti perceptionem non con-  
 temptus religionis, sed articulus  
 necessitatis excludit, his rationi-  
 bus adducti, quòd Deus volunta-  
 tem pro facto deputat, nec grati-  
 am suam sacramentis alligari, nec  
 ad impossibile quenquam obliga-  
 re voluerit, quòd cū in adultis  
 omnes concedāt, ad infantes quo-  
 que

que transferri posse existimant,  
 quibus parentum & offerentium  
 voluntas vt propria deputetur.  
 Hanc sententiam siue opinionem  
 apertè professus est, vir in rebus di-  
 uinis acutiss. & experientissimus.  
 Thom. Caietan. ipse Gersonem se-  
 quutus, quem deinde secuti sunt  
 Tilmannus ordinis prædicatorij  
 Coloniensis Theologus, & post  
 hunc Thomas Elysius Neapolita-  
 nus, cuius extat amplum volu-  
 mē, cui titulum fecit, Clypeus pio-  
 rum aduersus hæreticos. Quorum  
 sententiam, ijs quibus ab ipsis au-  
 ctoribus descripta est verbis,  
 hic subiiciendam  
 putavi.

Q. IOHAN.

IOHAN. GERSON  
SERMO, IN NATIVIT.

B. MARIE. PART. 3.

Constat Deum misericordiam saluationis  
suz, non ita legibus communibus traditio-  
nis Christianæ, non ita sacramentis ipsis alligasse,  
quin absque præiudicio legis eiusdem  
possit pueros nondum natos extra uterum  
intus sanctificare, gratiæ suæ Baptismo vel  
virtute Spiritus sancti. Debent igitur mulie-  
res prægnantes, similiter & viri sui, per se &  
alios, diligentius preces fundere Deo, &  
quatenus infans nondum natus, si forte mor-  
riturus est priusquam ad Baptismi fluminem  
gratiam peruenire valeat, dignetur ipsum  
Dominus Iesus summus pontifex, Baptismo  
Spiritus sancti præueniendo misericorditer  
consecrare. Quis enim scit, si forte exaudiat  
Deus, imò quis non deuotius sperare valeat,  
quod orationem humilium & in se speran-  
tium nequaquam despiciat? Proficit hæc con-  
sideratio, ad excitationem deuotionis in pa-  
rentibus: proficit ad leniendam eorum an-  
gustiam, dum sine Baptismo discedit  
puer, quia non omnis inde spes  
salutis ablata est.

Gabriel

Gabriel Biel in 4. Dist. 4.

Quæst. 2.

Quod ergo erit remedium generale pro paruulis in vtero existentibus, nullum manifestat Ecclesia. Sed sensum Domini quis cognouit: aut quis consiliarius eius fuit? Ex sua misericordia Dominus perduto homini remedia constituit, quæ & quando & quomodo voluit: quem sine remedijs iuste damnare potuit. Et q̄s dicit ei, cur ita facis, aut figmentum fictori suo, cur me fecisti sic? Nam quæcunq; voluit fecit, & quæ voluit, eo qd̄ iuste voluit & fecit. Voluit itaq; remedia instituire, contra morbū peccati in Ecclesia, per sacramenta dispensanda, his qui noti esse poterant Ecclesiæ. Eorum vero qui nondum in lucem noticiæ prodierunt: remedia in sua potestate sola constituit, quos cū voluerit sine exteriori remedio & sanctificare & saluare potest: sicut factum de quibusdam scriptura testatur. Insup̄r quòd paucis in privilegium factū est, potest quibuscunq; voluit impertiri, qui potentiam suam sacramentis non alligauit. Hinc consulit Ioannes Gerson parentibus: quatenus deuotis orationibus ac bonis operibus paruulis suis gratiam

Q 2      impetrare

## DE BAPTISMO

impetrare nitatur, potens est enim Dominus  
in utero sanctificare, quos nouit ad natiuitatis  
ortum non peruenturos, licet de hoc coe-  
titudinem non habeamus, miseretur enim  
cui vult, & quem vult indurat. Quod verum  
sancti dicunt nullum nisi regeneratum ius-  
uari posse, loquuntur secundum legem co-  
munem, non prauidicando specialibus pri-  
uilegijs ac Diuinis dispensationibus.

Thomas Caietanus in 3. part.  
Thomæ Aquinat: super que-  
stio: 68. Articul. 1. & 2.

Circa hos duos primos articulos hoc solum  
non irrationabiliter occurrit dicendum, quod  
in casu necessitatis ad salutem puerorum sal-  
ficere videtur Baptismus in voto parentum,  
præcipue cum aliquo exteriori signo.

Mouetur autem ad hoc primo ex auctoritate  
te Gregorij dicentis apud Magistrum sententiam  
in prima distinctione 4. & de consecratidile  
4. Quod apud nos valet aqua Baptismi, hoc  
egit apud veteres vel pro paruulis sola fides,  
vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro  
his qui ex Abrahæ stirpe prodierunt, myste-  
rium circumcisionis.

Hinc

Hinc enim arguo: Fides sola veterum non fuit maioris virtutis apud veteres, quã apud nos, ac per hoc non plus potuit necessitatis urgente articulo subuenire tunc quã nunc, sed tunc deficiente paruulis proprio salutis auxilio, parentum fides pro paruulo sola sufficiebat, ergo nunc quando paruulo deest proprium salutis remedium quod est Baptisma, sola parentis fides paruulum Deo offerens sufficit ad salutem paruuli.

Nec obstat si dicatur, quod apud veteres fides parentis erat proprium remedium paruulorum, nunc autem adueniente Christo in carnem, institutum est sensibile Sacramentum in proprium paruulorum remedium. Hoc inquam non obstat, quoniam duobus existentibus (scilicet fide & fidei Sacramento) operanti apud veteres fidei, adiunctum nostro tempore fidei Sacramentum sub ratione possibilis intelligimus: non vt fidei virtutem soluat, sed adimpleat: & propterea quando impossibilitas Sacramentum fidei excludit, virtuti fidei locus relinquitur. Et sic paruulus ex Baptismo fluminis, voto parentis suscepto, saluaretur, si impossibile esset ipsum Baptizari aqua. Debet autem in tali casu parens signo crucis infantem cum inuocatione Trinitatis munire: sicq; Deo

## DE BAPTISMO

offerre morientem in nomine Patris & Filij  
& spiritus sancti.

Et confirmatur hoc ex salute paruulorum  
tempore circumcisionis, ante octauum diem  
morientium. Nam tales secundum probabili-  
liorem opinionem moriebantur incircum-  
cisi, vt patet de fratre Salomonis, & tamen sal-  
uabantur per benedictionem seu oblatio-  
nem aliquam, quoniam ex lege circumcisi-  
onis non sunt redditi mares deterioris condi-  
tionis quam fœminæ: quas constat ante octa-  
uum diem potuisse consequi remedium con-  
tra peccati originalis maculam. Sicut igitur  
incircumcisi tunc infantes, propter impos-  
sibilitatem circumcisionis in fide parentum  
saluari poterant, ita nunc non baptizati,

Nihilque hic aut ibi sequitur aduersus di-  
uinam legem, sanè intellectam.

### Ibidem ad Articulum II.

In articulo vndecimo occurrit scribendū  
& consequenter dicendum, sub correctione  
tamen, paruulos in maternis vteris periculi-  
tantes posse saluari: sicut superius diximus de  
infantibus, qui non possint baptizari. Possē  
autem saluari dico per Sacramentum Bap-  
tismi non in re sed in voto parentum susce-  
ptum

ptum, cum aliqua benedictione prolis, seu oblatione ipsius ad Deum, cum inuocatione Trinitatis.

Moueor autem ad hoc duplici ratione, vnà est, Rationabile est, vt Diuina misericordia prouiderit homini in quocunq; naturali statu de aliquo remedio salutis: ita vt nullum reliquerit statum potentem allegare impossibile esse sibi salutis remedium, esset autem sine omni remedio derelictus status morientium in vtero, nisi parentum fides illis posset subuenire, salus enim quæ potest à Deo infanti in vtero conferri ex speciali priuilegio, non spectat ad remedium illius status: quoniam infra ordinem Diuinorum miraculorum concluditur. Secundo, ex eo quod status ille capax sit Baptismi sanguinis: si enim propter Christum infans in vtero occideretur, martyr esset non minus quàm innocentes. Rationabile siquidem videtur, parentum fidem esse optando preducere ad id ad quod corporalis passio infantem ducit.

Quocirca cautè & irreprehensibiliter agentur si periclitantibus in vtero pueris ob maternã ægritudinem vel partus difficultatem, benedictio in nomine Trinitatis daretur, & causæ discussio deinde diuino reseruatè tribunali. Quis scit si diuina misericordia



huiusmodi Baptismum in voto parentum  
acceptet, ubi nulla iniuria, sed sola impossi-  
bilitas Sacramenti executionem excludit.

D. Tilmannus Segebergensis, de  
7. Sacramentis, Cap. I.

Emergit tamen adhuc aliud dubium. Pos-  
set enim quispiam captiosam argumentati-  
onem proponere ac dicere: Paruuli ante sus-  
ceptam Baptismi gratiam nondum sunt Ec-  
clesiæ membra, quomodo ergo credunt pe-  
actus aut fidem Ecclesiæ, à cuius communio-  
ne ante Baptismum adhuc alieni esse videntur.  
Huic argumento facile fuerit satisfacere  
ex his quæ modo diximus. Nam Catechumeni  
in ætate adulta, ante susceptum Baptismum,  
voto & desiderio sumendi credunt, & inter  
Ecclesiæ membra nunerantur: saluantur  
quoque si nondum suscepto fluminis Bap-  
tismate decesserint. Quod usu venisse certum  
est Valentiniano Imperatori, qui Catechu-  
menus ex hac luce migravit. De quo Ambro-  
sius scribit in hæc verba: Quem regeneratu-  
rus eram, amisi: veruntamen ille gratiam quæ  
poposcit, non amisit. Hac ratione consolatu-  
sus est Ambrosius sorores Valentiniani im-  
modicè de obitu fratris dolentes. *Audui*  
*inquit,*

*Ambrosi.*  
*lib. 5. Epi-*  
*stola in o-*  
*ratione si-*  
*neb. de o-*  
*bitu Val-*  
*entiniani*  
*Imperato-*  
*ris.*

inquit, vos dolere, quod non acceperit sacramen-  
 ta Baptismatis. Dicit mihi, quid aliud in no-  
 bis est, nisi voluntas, nisi petitio? Atqui eti-  
 am dudum hoc votum habuit, ut antequam  
 in Italiam venisset, initiaretur, & proximè  
 baptizari se à me velle significavit, Et ideo  
 pro ceteris causis me accipiendum putavit.  
 Non habet ergo gratiam, quam desideravit?  
 Non habet, quam poposcit? Et quia poposcit  
 accepit. Et ubi illud est: Iustus quacun-  
 que morte præventus fuerit, anima eius in refri-  
 gerio erit? Solue igitur pater sancte munus  
 seruo tuo, quod Moses dum in spiritu vidit,  
 accepit, quod David quia ex revelatione co-  
 gnovit, emeruit. Solue, inquam, seruo tuo  
 Valentiniano munus quod concupiuit, mu-  
 nus quod poposcit sanus, robustus, incolu-  
 mis, si affectus ægritudine distulisset, tamen  
 non penitus à tua misericordia esset alienus,  
 qui celeritate temporis esset, non volunta-  
 te fraudatus. Solue ergo seruo tuo munus  
 tuæ gratiæ, quam ille nunquam non rogavit,  
 qui ante diem mortis templorum privilegia  
 negavit insurgentibus, quos reuereri posset.  
 Assabat virorum caterua gentilium, suppli-  
 cabat senatus, Non metuebat hominibus dis-  
 plicere in Christo. Qui habuit spiritum tu-  
 um, quomodo non accepit gratiam tuam?

Sapient. 4.

DE BAPTISMO

Aut si qua solemniter non sunt celebrata  
 mysteria, hoc mouet: Ergo nec martyres  
 si catechumeni fuerint, coronantur? Non  
 enim coronatur, si non initiatur. Quod si  
 suo abluuntur sanguine, & hunc sua pietas  
 abluit & voluntas.

Ex his verbis sequitur, quod pari modo  
 paruuli ob votum parentum fidelium, &  
 fidem Ecclesie (præsertim quando oblati ad  
 Baptisma sumendum exorcizantur & cate-  
 chizantur) Ecclesie membris annumeran-  
 tur, & per eius fidem credunt. Quod si re-  
 pentina mors (vt est mortalium vita incer-  
 ta) superueniens, illos rapuerit, saluantur,  
 vt plerunque à multis non impiè creditur.  
 Nam huic sententiæ prorsus accedit Can-  
 cellarius Parisiensis Ioannes Gerson cui mi-  
 nimè reclamatione Caietanus Cardinalis, scri-  
 bens in tertiam partem diui Thomæ Aquina-  
 natis, & multis præterea doctis viris ea sen-  
 tentia probatur. Et ne quis statim hanc opi-  
 nionem tanquam absurdam & erroneam re-  
 ijciat, in medium adferam Diui Gregorij ver-  
 ba, cuius auctoritate videtur inniti. Dicit  
 enim: Quod apud nos valet aqua Baptismi,  
 hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fe-  
 des, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel  
 pro his, qui ex Abrahæ stirpe prodierunt,  
 mysterium

mysterium circumcissionis. Ex his sequi videtur prædicta opinio. Quis enim diceret maioris virtutis fuisse solam fidem in veteri testamento, quam in nouo? Quod ergo facere potuit (quando ingruerat necessitas) in veteri, in nouo non poterit? Sed quis tam stipes est, qui ignoret parentum solam fidem paruulis succurrisse ante circumcissionem morientibus? Consequitur itaque paruulis, quando eiusmodi imminet periculum, salutis remedium non esse negatum, hoc est, Baptisma, fide parentum, nec non & aliorum qui adsunt sponsorum susceptum sufficere illis ad salutem. Hic tamen admonitos parentes velim, vt si talis casus emerferit, infantem crucis signo muniant cum inuocatione sanctæ trinitatis, & sic offerant Deo morientem in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

Confirmatur hoc ex veteri testamento, in quo paruuli ante octauum diem morientes incircumcisi iuxta probabiliorem opinionem decedebant. Nam super illud quod in Proverb. lib. dicit Salomon: Ego Filus sui patris mei tenellus & vnigenitus coram matre mea dicit glossa: Alius Bethsabæ paruulus non computatur, quia ante octauum

uum diem mortuus, nominatus non fuit, & ideo nec circumciscus. Nam si circumciscus fuisset, sine nomine mortuus non fuisset. Et tamen sic decedentes, per benedictionem seu oblationem saluabantur. Nisi fortè conetur quis ex lege circumcisionis mares reddere deterioris conditionis, quam feminas, quæ constat non esse damnatas, si quæ moriebantur ante diem octauum, quæ tamen damnationi, quæ per vniuersam humanæ conditionis massam cucurrit, tenebantur obnoxie sicut & mares. Sequitur ex his, infantes non baptizatos Baptismo fluminis, fide parentum posse saluari impossibilitate eum impediente, quemadmodum in veteri lege saluabantur incircumcisi, vt dictum est. Sed cum

*Ioann. 3.*

Et inna saluatoris, qui dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest

*Augustin.*

videre regnum Dei. & Augustinus de fide ad

*de cōs. dist.*

Petrum dicit: Firmissime tene & nullatenus

*4. c. firmis.*

dubites, non solum homines iam ratione vtentes, verum etiam paruulos, qui siue in utero matrum viuere incipiunt & ibi moriuntur, siue cum de matribus nati sine sacramento sancti Baptismatis, quod datur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, de hoc seculo transeunt, ignis æterni supplicio punientur.

puniendos, hoc est pœna æterna) vt gloss.  
 exponit) quia etsi propria actionis peccatum  
 nullum habuerunt, originalis tamen pecca-  
 tidamnationem carnali conceptione & na-  
 tiuitate traxerunt. Et iterum de natura &  
 gratia idem habet, cum dicit: Ego dico  
 paruulum natum in eo loco vbi ei non po-  
 tuuit per CHRISTI Baptismum subue-  
 niri morte præuentum, idcirco talem fuisse,  
 id est, sine lauacro regeneratiõis exiisse, quia  
 esse aliud non potuit. Absoluat ergo eum, & Rom. 5.  
 aperiat ei contra sententiam Domini regnũ  
 Cœlorum. Sed non eum absoluit Aposto.  
 qui ait: Per vnum hominem peccatum in-  
 trauit in hunc mundum, & per peccatum  
 mors, & ita in omnes homines pertransijt,  
 in quo omnes peccauerunt. Rectè ergo ea  
 damnatione, quæ per vniuersam massam  
 currit, non admittitur in Regnum Cœ-  
 lorum: quamuis Christianus non solum  
 non fuerit, sed nec esse potuerit. Hæc  
 ille.

Vt ergo veritas inclarescat magis ac magis  
 expendenda est prædicta opinio, quæ omni-  
 no non videtur absurda. Et in ea quidem  
 sententia, si penitus inspiciatur, non discre-  
 pat à Doctrina saluatoris aut Augustini.  
 Quoniam paruuli ingruente necessitatis ar-  
 ticulo,

DE BAPTISMO

ticulo, iuxta prædictum modum, Deo & Ec-  
 clesie commendati, voto parentum regenerati  
 videntur ex aqua & spiritu sancto, ut sic ba-  
 ptizati ipso facto habeantur Baptismo flu-  
 minis, & Baptismo fluminis aut aquæ deside-  
 rio parentum. Non enim rationi consentaneum  
 videtur, baptismum fluminis voto proprio susce-  
 ptum in necessitatis articulo, & temporis an-  
 gustia prodesse adultis, & non prodesse pa-  
 uulis voto ac fide parentum, cum utrobique simili-  
 sit casus & periculum. Et quæ tandem ratio ve-  
 get, ut distinctio ista baptismatis, qua secatur in  
 Baptisma fluminis, sanguinis & flaminis (sic  
 enim partiri solent Theologi) magis locum ha-  
 beat in adultis quam parulis? Nam si adultis  
 hominibus ad salutem consequendam iu-  
 ficat Baptismus sanguinis aut flaminis, vnde  
 Baptismus in aqua haberi non potest: cur pa-  
 uulis denegamus quod tribuimus maioribus?  
 An sortem putabimus Deum crudeliorum esse in  
 paruulos quam in adultos? Absit hoc à Deo, et ne  
 videantur hic diuersum ab Augustino senti-  
 re, ipsius verba in medium adferam, quæ adeo  
 sententiam nostram non damnant, ut etiam ma-  
 gis confirmant. Sic enim scribit libro quar-  
 to de unico Baptismo paruulorum: Baptis-  
 mi vicem aliquando implere passionem de la-  
 trone illo cui non baptizato dictum est: Ho-  
 die

ille mecum eris in paradiso, beatus Cyprianus  
 non leue documentum assumit. Quod etiam  
 atque etiam considerans inuenio non tantum  
 passionem pro nomine Christi, id quod Ba-  
 ptismo deerat, posse supplere, sed etiam fidem  
 confessionemque cordis, si forte ad celebrandum  
 mysterium Baptismi, in angustijs temporum  
 succuri non potest. Huc usque Augustinus. Quid  
 hic aliud docet, quam fidem confessionemque  
 parentum in illis ipsis temporum angustijs, vi-  
 cem supplere Baptismi in paruulis. Quod si  
 quis diuersam partem sustinere velit, dicat  
 mihi, quam ob causam fides offerentium aut  
 sponsorum (vulgus paternos aut compates  
 vocat) sufficiat paruulis, quando nullum immi-  
 net mortis periculum, ut in aqua baptizentur:  
 & non credunt prodesse in tanta mortis ne-  
 cessitate (quæ non patitur aut expectat Ba-  
 ptismum aquæ) parentum fidem, ut consequantur  
 Baptismum fluminis, id est effectum Baptismi  
 fluminis virtute spiritus sancti? Et qui in san-  
 guine suo pro Christi nomine morientes ba-  
 ptizantur, renascuntur ad vitam etiam si iuxta  
 Christi verba, in aqua renati non fuerint. Quod  
 verum esse certum est de innocetibus pueris, quorum  
 multos constat ab Herode interfectos, etiam non  
 circumcisos, & tamen eorum martyrium celebrat Ec-  
 clesia. Quapropter quod saluator dicit nisi quis  
 renatus



renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest ingredi regnum Dei, intelligendum videtur de ijs qui neque re neque voto Baptismum aquæ suscipiunt. Quod in parvulis locum non habet, qui licet non re ipsa, verum tamen parentum Baptismum aquæ suscipiunt, & inseruntur corpori CHRISTI quæ est Ecclesia. In hunc modum verba Augustini exponenda esse videntur. Hinc liquet opinionem priuatam minimè pugnare cum Doctrina CHRISTI aut Augustini. Non enim alligauit Deus poenâ suam (vt est communis Theologorum sententia) ita visibilibus Sacramentis, vt sine ipsis (modo ab eis contemptus) saluare nequeat aut nolet, maxime quando impossibile est, vt quis ea suscipere possit. Et hæc quidem non tam asserendo quam disputando diximus, sequentes in hac re Gersonem & Cardinalem Caietanum, nemini præscribentes quo minus sequatur quod sibi verum esse videtur. Ne Gerson hic aut Caietanus quicquam asseruerunt, aut determinauerunt, aut dogmatizare præsumpserunt: sed tantum opinionem quam piam & rationi consentaneam arbitratu sunt, commemorauerunt.

Verum quia in hac re Caietani opinionem secuti sumus, & rationes eius ab aduersariis

fario, alioqui non indocto Theologo, ex-  
 penduntur, & inanes inualideq; iudicantur,  
 lubet duas rationes eius, quibus opinionem  
 suam statuere conatur, in medium adferre,  
 Deinde argumenta aduersarij quibus Caietani  
 rationibus occurrere nititur, examina-  
 re. Quod tamen paucis expediam. Neq; enim  
 de illorum numero sum, qui sententiæ aut  
 opinioni alicuius Doctoris mordicus & per-  
 tinacissimè inhærent. Veritatem tantū quæ-  
 rimus, & quod piè credi posset in fauorè par-  
 tularum, qui à Christianis parentib; gene-  
 rantur, disquirimus. Contentionibus nõ de-  
 feruimus, nec errata alicui; defendimus, nec  
 nostris opinionibus pertinaciter inhærentes  
 obduramus nos contra manifestam veritatē,  
 sicuti nonnulli faciunt, de seipsis (vt ait La-  
 ctantius) malè meriti, qui cū habeant iter re-  
 ctū, deuios sequuntur an fractus: planū dese-  
 runt, vt p præcipitium labantur lucem relin-  
 quunt, vt in tenebris cæci ac debiles iaceant.

Lactant.

i. lib. diui-  
nar. insti-  
tution.

Prima ratio Caietani est ista. Rationabile  
 est vt diuina misericordia prouiderit homi-  
 ni in quocunq; naturali statu, de aliquo re-  
 medio salutis, ita vt nullum reliquerit statū  
 potentem allegare ei, impossibile esse sibi sa-  
 lutis remedium. Effet autem sine omni reme-  
 dio

R. dio

## DE BAPTISMO

dio derelictus status morientium in vere  
 nisi parentum fides illis posset subuenire. Sc  
 lus enim quæ potest à Deo infanti in vere  
 conferri ex speciali priuilegio, non specta  
 ad remedium illius status, quoniam in fra or  
 dinem Diuinorum miraculorum concludit  
 tur. Hæc est prima ratio Caietani: At eius ad  
 uersarius: hæc inquit ratio, aut diuinam pro  
 uidentiam suggillat, aut supponit falso huius  
 modum prouidendi, quem ipse adfert: Vide  
 mus enim manifestè ipsam diuinam Pro  
 uidentiam iam mille quingentis annis nõ pro  
 uidisse, non per apostolos quibus dictum est  
 Spiritus docebit vos omnem veritatem, non  
 per tot successores & Pontifices sanctissimos  
 usque ad hunc diem. Mirum ergo quod so  
 lid Caietano seruatum sit videre & decernere.  
 Ergo potius dicendū erat, iudicia Dei abso  
 lus multa, videmus enim & pueris infidelibus  
 nõ prouidisse de Baptismo. Sed iustus & bonus  
 Deus ipse scit quid habeat in thesauris iustit  
 iæ & misericordiæ suæ, cuius prouidentiam  
 humana ratio e velle discutere temerariū est.

Respondemus, hanc rationē Caietani non  
 sugillare diuinam prouidentiam, sed Diu  
 nam magnificare & prædicare omnipotentiam  
 & misericordiam. Nec supponit falso huius  
 prouidendi modum, quæ sub correctione o  
 pinatur

pinatur rationabilem. Et quamuis non legat manifestè in sacris literis Diuinâ prouidentiam hoc modo paruulis periclitantib<sup>9</sup> subuenisse aut prouidisse, est tamè vulgata illa theoricâ ab omnibus Theologis recepta, Deum suâ potentiam non sic alligasse visibilibus sacramentis, vt sine ipsis saluare non possit: maxime vbi nec contemptus, sed necessitas aut periculum (sicut hic fit) sacramentum excludit. Neq; enim (vt Propheta ait) abbreviata est manus Dñi, vt saluare nequeat: neq; aggravata est auris eius, vt nō exaudiat. Saluare itaque potest etiã modis sibi soli notis & nobis profus ignotis. Nec istud soli Caietan. videre seruatū est, sed etiã pluribus alijs Doctorib<sup>9</sup>, quibus abhinc fortè centū in Ecclesia floruerunt, è quorū numero est Ioānes Gerson Cancellarius Parisien. vīr in diuinis scriptis eruditissimus, q̄ in oratione de natiuitate gloriose virginis Mariæ in concilio Constantiensis habita, eadē dicit quē Caietanus, quia & illi ante videre datū est, cū prius viuere & scribere cōcessum est. Caietan<sup>9</sup> quoq; dicit cū psalms in hac ratione: Salus quæ potest à Deo infanti in vtero cōferri ex speciali priuilegio, nō spectat ad remediū illius status, quoniã infra ordinē diuinorū miraculorū concludit. His em̄

## DE BAPTISMO

verbis, si rectè inspiciuntur, quid aliud voluit  
 Caietanus, nisi iudicia Dei esse abyssum multa-  
 tam? Dicit enim infanti in utero salutem tantum  
 conferri posse à Deo ex speciali privilegio, & hoc ipsum contineri in ordine diuini-  
 norum miraculorum, simul magnificans diuini-  
 uinam omnipotentiam, quam ipse Deus  
 parcendo & miserando maximè manifestat.  
 Quòd verò paruulis infidelium non sic  
 Baptismum promissum, non video quid contra  
 Caietani rationem faciat, qui non de paru-  
 uulis paganorum siue Iudeorum sed Christiano-  
 rum loquitur. Mihi non est animus Caieta-  
 ni dogmata in presentiarum defendere, sed  
 mihi persuadere non possum, ipsum usque ad  
 stupidum fuisse, ut existimaret etiam pueros  
 infidelium in nomine patris & filij & Spiritus  
 sancti benedicendos, qui nec Baptismum  
 sciunt, nec suscipiunt. Sententia ergo siue opi-  
 nio Caietani est, pueris fidelium in quo-  
 cunque naturali statu remediũ salutis à Deo  
 esse promissum. Vnde nec Caietanus negat  
 Deum iustum & bonum scire quid habeat  
 in thesauris iusticiæ & misericordiæ suæ, nec  
 eius providentiam humana ratione temera-  
 riè inuestigare aut discutere præsumit,  
 Altera Caietani ratio est, quia status ille est ca-  
 pax

pax Baptismi sanguinis. Si enim ppter Christum infans in vtero occideretur, martyr esset non minus quàm innocentes. Rationabile siquidem videtur, parentum fidem posse optando perducere ad id, ad quod corporalis passio infantem ducit. Huic rationi occurrit aduersarius, & pugnat (sed meo iudicio Antabatarum more, clausis oculis) contra eam. Falsa inquit est hæc sequela, & manifestè falsa. Non enim valet, si est capax baptismi sanguinis, etiam fluminis aut benedictionis est capax, quia in vtero existens non potest esse capax Baptismi fluminis.

Respondemus nos & pro Caietano, & cum Caietano, sequelam siue consecutionem esse falsam, & manifestè falsam. Non enim Puer in vtero matris existens, potest esse capax Baptismi fluminis, quia, vt verissimè dicit Beatus Thomas, qui in vteris sunt nõ habentur in numero & commercio hominum, nec humane operationi subduntur qui non vident hanc lucem. Sed quis hanc sequelam somniauit, Caietannus ne an aduersarius eius? Verba Caietani hæc sunt: status ille est capax Baptismi sanguinis. Si enim infans in vtero occideretur, martyr esset non minus quam innocetes. Hæc sunt verba Caietani, nec à veritatem

## DE BAPTISMO

ritate aliena. Atqui ex his verbis non colligitur hæc falsa sequela, quã falso ex ijs colligit aduersarius: Si status ille puerorum in utero existentium est capax Baptismi sanguinis, ergo & fluminis. Sed inferendum erat, ergo & Baptismi fluminis. Hoc enim Caietanus intendit, Si enim capax est, pro Christo martyr erit & capax Baptismi fluminis. Hanc sequelam probat Caietanus dicens. Rationabile siquidem videtur, parentum fidem posse optando perducere ad id, ad quod corporalis passio infantem ducit. Vnde nõ Caietanũ sed quod ipse subdolè ex Caietano nisus est colligere, & falso impugnat.

Quod aut addit nescio quomodo velit Reuerendissim<sup>o</sup> eos mergi aut tingi aut aspergi aqua cũ existũt in utero, dico nec ipsum Reuerendissimum hoc sciuisse, sed etiã nec scripsisse nec docuisse. Nusquam em̄ scripsit aut docuit pueros in utero existentes, aut mergendos aut tingendos, aut aqua aspergendos, sed quod rationi consentaneũ videtur exposuit. Rationabile, inquit, videtur, vt fides parentũ posset optando perducere ad id, ad quod corporalis passio perducit, vbi quæso hic mentionem facit immersionis aut asperfusionis? Nisi existimet fidem & votum parentum pro infantibus idem esse, quòd mergere pueros aut tingere

tingere aut aspergere, quæ plus distant quam  
 cœlum & terra. Vnde calumniam Caietano  
 struit, & verba eius obliquè, imò apertè de-  
 torquet ad id, quod calumniã iustè meretur,  
 hoc est pueros in vtero materno capaces esse  
 Baptismi fluminis, qđ ille ne per somniũ qđ  
 decogitavit, At Caietanus, inquit, loco aquę  
 benedicantur, qui non fluminis Baptismus,  
 sed benedictionis erit, & est quartus Baptism<sup>o</sup>  
 quem ignorat Ecclesia. Ego in Caietano nus-  
 quã inuenio illa verba, qđ obtrektor eius illi  
 obijcit, loco aquę benedicant. Sed sic habet:  
 Dico autẽ posse paruulos in maternis vteris  
 periclitantes saluari per Sacramentum Bap-  
 tismi, nõ in re sed in voto parentum susceptũ,  
 cum aliqua benedictione prolis, seu oblatio-  
 ne ipsius ad Deum, cum inuocatione trinita-  
 tis. Vnde nec quartum addit Baptismum be-  
 nedictionis, quem ignorat Ecclesia sed ratio-  
 nabilibus permotus causis, sensit posse par-  
 uulos in vtero existentes saluari per Sacra-  
 mentum Baptismi, non in re, sed voto paren-  
 tum susceptum, quod non est addere quartũ  
 Baptismũ, quẽ ignorat Ecclesia, sed paruulos  
 posse saluari per Baptismum fluminis, quòd  
 & aduersarius eius concedit dicens: In vtero  
 igit existẽtes, baptismi fluminis, capaces sunt,



## DE BAPTISMO

quia nulla exigitur humana operatio, & que-  
 cunque Creatura non effugit prouidentiam  
 & operationem Dei, quæ sola satis est in Ba-  
 ptismo flaminis. In Baptismo etiam sangui-  
 nis exigitur sola infantis passio propter Chri-  
 stum, quam Deus vidit & probat, cuius pas-  
 sionis etiam capax est existens in utero. Hic  
 pertè docet quòd Caietanus, quem impu-  
 gnat. Hic est enim scopus omnium verbo-  
 rum, quæ habet Caietanus: Infantes in utero  
 sunt capaces Baptismi sanguinis, ergo & fla-  
 minis. Sed rectè quidam dixit: Nimum al-  
 tercàdo veritas interdum amittitur, & pueri-  
 lis ista ingenij ostentatio & rixandi libido  
 nonnunquam etiam ipsi disputatori pulue-  
 res ob oculos solet offundere. Eat nunc & vi-  
 deat, quo prætextu & velamine, occultare &  
 honestare possit, quod in principio posuit.  
 Reuerendissimus, inquit, & noua & scæda, &  
 omnino Catholicis auribus absona nec fe-  
 renda, in sacramento Baptismi dogmatiza-  
 uit; si scæda, si absona, si nõ ferenda sunt illius  
 dogmata, scædiora erūt & magis absona eius,  
 qui ea prudens confirmat, quod aduersarius  
 eius facit. Et vt melius intelligatur quid Cai-  
 etanus hac in re senserit, subijciam verba Cai-  
 etani ad verbū, quæ reprehensor eius, vel per  
 obliu-

obliuionem, vel quia (quod magis opinor) non expediebat causæ suæ, non posuit. In fine sic concludit Caietanus: Quocirca caute & irreprehensibiliter ageretur, si periclitantibus in utero pueris, ob maternam egritudinem vel partus difficultatē, benedictio in nomine Trinitatis daretur, & causę discussio deinde diuino reseruaretur tribunali. Quis scit si diuina misericordia huiusmodi Baptismum in voto parentum acceptet, ubi nulla iniuria, sed sola impossibilitas Sacramēti executionem excludit? Ex his verbis apparet Caietanum noluisse introducere nouum Baptizandi ritum, sicut ei ab aduersario obijcit, qui nihil asserendo dicit, sed omnia reseruari diuino iudicio, & in principio articuli se sub correctione ista scribere fatetur. Hæc non male uolo (testis est Deus) erga aliquem animo dicta sint, sed tantū disputationis & inquirendæ veritatis gratia.

Thomas Elifius Neapolitanus, in  
Clypeo piorum aduersus hæreses.

Cap. de Baptismo. Articulus. 3.

An pueri in utero possint baptizari.

DE BAPTISMO

Thom. in Tert. quæst. 68. Art. 7. & Quæst. 82.  
 art. 4. ad. 2. & in 4. D. 3. sic dicit. Si sacerdos sit  
 in tali loco, quod non possit habere aquam de  
 fonte vel riuo vel aliunde, fodiat in terra si  
 possit inuenire, & si non poterit, imploranda  
 est bonorum omnium largitoris gratia. Si enim  
 sacerdos facit quod potest, & quod non potest  
 committit Deo, tunc ipse Deus inuisibiliter  
 supplet defectum: & sic poterit Sacramentum  
 Baptismi abesse re, sed non voto. Sicut cum  
 aliquis baptizari desiderat, & aliquo casu  
 præuenitur morte, antequam Baptismum sus-  
 cipiat, talis sine Baptismo actuali potest salu-  
 tem consequi, ob desiderium Baptismi, quod  
 procedit ex fide per dilectionem operante, per  
 quam Deus hominem interiori sanctificat, cuius  
 potentia sacramentis visibilibus non alligatur.  
 Hæc ille. Ex his verbis quasi elicitiue potest  
 haberi, quod in casu pueri possint in utero  
 matris baptizari, & mox nati possint sine  
 aqua Baptismo in casu saluari. Sed loquendo  
 secundum communem & vniuersalem opinio-  
 nem Theologorum, quam tenet Ecclesia,  
 nullus potest saluari sine Baptismo aquæ in  
 re, si illum poterit actu suscipere, Et si non  
 poterit suscipere, non poterit saluari sine Ba-  
 ptismo in voto: ita quod Baptismus aquæ semp-  
 erit necessarius in re vel in voto.

Mouentur

Mouentur autem ad hoc dicendū ob Chri-  
 sti verba dicentis, Nisi quis renatus fuerit ex  
 aqua, &c. Ex huiusmodi verbis vult Ecclesia, *Ioann. 3.*  
 quod omnes homines tam paruuli quam ad-  
 uleti teneantur de necessitate salutis suscipere  
 Baptismum in re aut saltem in voto. Sed pu-  
 eri in utero matris existentes, non valere talē  
 Baptismum suscipere, ergo nō possunt pro-  
 pter saluari: similiter si mox nati, non valent  
 neutro modo baptizari, non possunt saluare  
 & verē esse beati in paradiso Dei: in tantum  
 quod magna Doctorum pars tenet, quod si  
 parentes deferrent paruulum ad baptizandū  
 & ille in itinere moreretur, non esset saluus,  
 quia neutro modo esset baptizatus, quia in  
 voto non possunt baptizari nisi adulti. Ego  
 autē dico oppositum, scilicet quod sic pueri  
 baptizarentur in tali casu, in voto parentum  
 aut deferentium ad Baptismum, ait enim S.  
 Thom. 3. q. 68. a. 9. & q. 69. a. 6. ad 3. & in mul-  
 tis alijs locis quod pueri baptizantur in fide  
 militantis Ecclesie, quę si per impossibile de-  
 cret, suppleret Ecclesia triumphans: fides  
 enim Ecclesie militantis reperitur in paren-  
 tibus, aut in his qui deferunt puerum ad Ba-  
 ptismum, secundum quam fidem poterunt  
 saluari. Sciendum autē quod opinio quę tenent  
 theologo plurimi pariter & Ecclesia secundū  
 communem

DE BAPTISMO

commune legem, est satis dura & onerosa  
 non conformis præceptis Christi quæ sunt  
 suauius atque leuia. Ideo nonnulli doctores  
 moderni aliter tenent & sentiunt, inter quos  
 est Ioannes Gerson Doctor Parisiensis & Can-  
 cellarius in sermone de natiuitate B. Virgi-  
 nis, quæ fecit in Concilio Constantiensi cor-  
 ram omnibus patribus ibi existentibus, ubi  
 publicè prædicauit prædictæ conclusioni  
 oppositum, dicens, tales infantes posse salua-  
 ri cum oratione & benedictione Dei in fide  
 parentum, quam pijsissimam opinionem se-  
 quitur magister magistrorum suo tempore  
 Thomas Caietanus Cardinalis S. Sixti in  
 Comentarijs S. Thom. 3. p. q. 68. a. 1. & a. 2.  
 nec non & Tilmannus vir Eruditiss. in sacro  
 eloquio, qui in tractatu de septem Sacra-  
 mentis. C. de Baptismo tenet, opinionem  
 prædicti Cardinalis S. Sixti, vt pijsissimam &  
 fidei Catholicæ non repugnantem. Dicunt  
 enim quod si puer mox natus esset in pericu-  
 lo moriendi, & parentes non haberent aquam  
 quod muniant cum signo crucis, cum inuo-  
 catione sanctissimæ Trinitatis, & sic in no-  
 mine patris, & filij, & Spir. Sancti, Amen. of-  
 ferant puerum moriètem Deo, si autem fue-  
 rit in vtero matris nondum natus in pericu-  
 lo moriendi ob infirmitatem matris vel pue-  
 ri,

si, vel ob difficultatē partus, benedicant il-  
 lum vt supra, & ventre matris muniant & sic  
 illum comendent, cupientes illū baptizare,  
 & possunt protestari dicentes, quod non de-  
 sit ex parte illorū, quin baptizetur puer. Qui  
 quidem pueri saluantur in fide parentum, vt  
 hi boni viri credunt & satis rationabiliter,  
 cū ad impossibile nulla sit obligatio. Ista opi-  
 nio nō est hæretica, cū non sit contra fidem  
 Catholicam, sed ei satis conformis, & maxi-  
 mē secundum fidei pietatem. Nec est ponere  
 quartum genus Baptismatis vt nonnulli co-  
 nātur attribuere Cardinali prædicto S. Sixti,  
 nec temerariē hoc dicit vir ille eruditissimus,  
 sed cum magna modestia & sapientia, nō sine  
 rationibus validis, sicut quidā plus, quam te-  
 merariē nouus & repentinus Theologus co-  
 natur illi ascribere, sed hoc dicit ex zelo fi-  
 dei, volens simul magnificare & dilatare Dei  
 potentiam & misericordiam, & semper sub-  
 mittit se determinationi Ecclesiæ & suorum  
 maiorū. Quod ego etiā facere semper inten-  
 do. Hanc siquidem opinionem pluribus ra-  
 tionib<sup>9</sup> probat. Prima ratio fundat̄ in dictis  
 B. Gregorij, vt habet magister sententiarū. 4.  
 d. 1. ait enim. Quod apud vos valet aqua Ba-  
 ptismi, apud veteres sola fides, pro paruulis &  
 magnis virtus sacrificij post Abraham myste-  
 rium

DE BAPTISMO

rium circumcissionis, tunc sic pueri antiqui  
 tus saluabantur in fide parentum, ergo & filij  
 Christianorum: quia nostra fides est maior  
 virtutis & roboris, quam fides antiquorum  
 sed illi pueri saluabantur, virtute fidei anti-  
 quorum. Nam filij Iudæorum qui moriebantur  
 tur sine circumcissione, saluabantur virtute  
 fidei parentum, ergo filij Christianorum sal-  
 uantur virtute fidei nostræ, quæ est longe me-  
 lior fide eorum. Si ergo filij Iudæorum salua-  
 bantur in fide parentum, quare filij nostri mori-  
 entes sine Baptismo, non possunt saluari si-  
 ne Baptismo in fide nostra meliori?

Præterea Deus benedictus ex quo vult omnes  
 homines saluos fieri, prouidit genus huma-  
 num post Adæ peccatum in omni tempore de  
 aliquo remedio opportuno de sua salute, vt  
 supra ostendimus de sacramentis de mente  
 B. Augustini, ne illi illo tempore nati, sine sua  
 culpa damnarentur, & iuste conqueri pot-  
 sunt dicentes, nos in illo tempore non potui-  
 mus saluari: non enim fuit ex parte nostra, quia  
 nos vehementer desiderabamus saluari cum  
 in omni tempore fuit conueniens habere re-  
 medium nostræ salutis, ne illi de illo statu ha-  
 berent occasionem conquerendi vt supra.  
 Quod profecto contigisset morientibus in  
 vtero materno & etiam morientibus mox post  
 natum

natiuitatem, si in illis statibus nō potuissent habere remedium pro sua salute, cum in illis potuissent damnari & non saluari. Quod utique esset contra Dei bonitatem & misericordiam. Ut ergo cessent querelæ, melius est dicere quod in his statibus, non deest illis suæ salutis remedium, & hæc ratio habetur à S. Thom.

Item omnes volunt quod illi sint capaces Baptismi sanguinis, quare non sint capaces Baptismi flaminis suscepti in voto parentum, qui volunt eos baptizare sed non possunt. Non enim videtur ratio quod passio illorum inuoluntaria sit maioris virtutis & roboris in saluando eos, quam sit votum & voluntas parentum, qui vellēt & conantur baptizare eos & non possunt, Sed tenentes oppositum conatur respondere his rationibus & eas solvere, & ad primam dicunt, quod in lege naturæ fuit data sola fides, protestata aliquo signo exteriori, in remedium peccati originalis: & sic intelligitur dictum B. Gregorij de fide protestata, non aut de fide interiori. In lege aut Mosaica fides non saluabat. s. parentū. Nam qui in circumcisi moriebant nō saluabantur sed damnabant, vt tenet magister in quarto, d. 4. licet imminente periculo poterant accelerare circumcissionē. Quā opinionē magistri plures, Theologi



## DE BAPTISMO

Theologi antiqui & moderni tenent, intel-  
 quos est Magist. Franciscus de terr. Gen-  
 ord. nostri in quarto contra gentil. cap. 99.  
 & Ioan. Eckius de septem Sacramentis capite  
 de Baptismo, quia in illa lege data fuit cir-  
 cumcisio in remedium peccati originalis  
 in lege autem gratiæ fuit data fides & Bap-  
 mus non ratione possibilis, vt ait Caietanus  
 sed sub ratione necessaria simpliciter, & abso-  
 lutè, in re vel voto.

Ad secundū multi multa dicunt, sed min-  
 bene quidam dicunt, quod dedit illis reme-  
 dium, Baptismū sanguinis scilicet, quia possunt  
 sunt martyrium pati. Ista responsio est satis  
 rudis, quia facit ea quæ sunt per accidens, &  
 de raro contingenti p se, quis enim dabit ma-  
 rtyriū puero nūc nunc morienti in vtero ma-  
 tris, aut mox nato? Respondent itaq; vniuer-  
 saliter, p casum particularē de raro cōtingē-  
 tem. Alij vt Magister Franciscus qui supra, dicit  
 cū quod remediū fuit datū solis hominibus  
 natis, & separatis extra vterū, quibus dedit reme-  
 diū vniuersale, quod omnes de facili possunt  
 habere, quia existentes in vtero sunt aliquid  
 matris, sed nondum nati non sunt capaces ta-  
 lis remedij, idcirco de Deo non possunt con-  
 queri, sed hæc responsio ad dubium secun-  
 dum nihil dicit, & magis auget quam saluat  
 dist.

difficultatem, quia hoc opus hic labor. Cum de hoc sit difficultas nostra, scilicet quare illi pueri existentes in utero sint capaces suæ perditionis, & non sint capaces remedij dati à Deo omnibus homibus pro sua salute, cum ipsi sint homines capaces damnationis, ut qui sint in tali statu destituti, & remedio aliquo suæ salutis orbat sine eorū causa? Nunquid Deus crudelis effectus est in eos, qui nullo pacto valent se per seipsos iuuare? Licet autem puer sit aliquid vtriusq; parentis, tamen distinguitur realiter ab eis, cum sit alia, & alia forma dans esse, scilicet anima intellectiua, alioquin ad salutem vel damnationem parentum ille puer saluaretur vel damnaretur. Si ergo pueri nondum nati, sunt aliquid parentum, ergo damnantur vel saluantur ad damnationem & salutem parentum.

Ad tertium dicunt Almaricus & Papa Adrianus in 4. d. 4. quod non datur baptis- mus sanguinis & flaminis de quo diximus supra. negant etiam quod ista duo genera Baptismatis possint esse in pueris, cum ad ista requiratur propria voluntas, quæ in pueris esse non potest. Nos autem dicimus, quod si- cut ad Baptismum aquæ in re sufficit volun- tas parentum aut exponentium, ita ad Ba- ptismum in voto sufficit voluntas parentum

S

aut

## DE BAPTISMO

aut exponentium, qui in veritate volunt  
 lum baptizare. Ex quo autem ista noua opi-  
 nio est satis pia, & ducit Christi fideles ad  
 amorem fidei nostræ verissimæ, nec non ad  
 amorem Christi, ideò conabor illam pro vi-  
 ribus sustinere, & alijs fulcire rationib<sup>9</sup>, quar-  
 rum prima hæc est. Pueri existentes in vtero  
 matris sunt aliquid matris, vt aduersarij con-  
 cedunt, cuius signum est, quod eodem ange-  
 lo custodiuntur, ergo voluntas & esse eorum  
 est in posse matris, aut vtriusq; parentis tota-  
 liter, cum ergo sint omnino sub cura paren-  
 tum possunt damnari, & per fidem parentum  
 non possunt saluari in maxima necessitate, &  
 idem iudicium est puero mox nato, cum sit  
 omnino sub cura parentum, & eodem cibo  
 sustentatur & nutritur. Secunda ratio est, hæc  
 fides Ecclesiæ vel parentum vel offerentium  
 ad Baptismum aquæ iure suscipiendum re-  
 quiritur necessario & sufficit, quare ergo es-  
 dem fides, non sufficit ad Baptismum in vo-  
 to suscipiendum, stante maxima necessitate,  
 cum Deus & natura non deficient in necessi-  
 ris, vt dicitur à Philosopho. Nam si passio Chri-  
 sti mediante fide parentum aut exponenti-  
 um puerum ad Baptisma supplet, quo ad pri-  
 mum Baptismum, quare nõ supplet aut sup-  
 plere poterit, quo ad secundum? Nonne est e-  
 dem

nem Deus benignus & misericors, cupiens &  
 volens omnium salutem, aut desijt esse mise-  
 ricors, & effectus est crudelis, tempore maxi-  
 mę necessitatis, in quo multo magis suo e-  
 gemus auxilio? Tertia ratio est, Aut filij Hę-  
 bręorum qui incircumcisi moriebantur, sal-  
 uabantur in fide parentum aut non? Si salua-  
 bantur habeo intentum, quia fides nostra est  
 multo melior: aut nō saluabantur vt dicunt  
 nostri aduersarij, & sic sequeretur, quod ma-  
 res essent deterioris conditionis scęminis,  
 cum ambo habeant originale peccatum, &  
 mares damnantur, si incircumcisi moriūtur,  
 & scęminę non. Ex quo videtur, quod cir-  
 cumcisio non fuit illis data in remedium pec-  
 cati originalis, sed potius in damnationem.  
 Si enim pueri in lege naturę saluabantur, per  
 fidem protestatam parentum, idcirco non  
 videtur rationi consentaneum, Baptismum  
 aquę voto proprio suscepto, tempore neces-  
 sitatis extremę prodesse adultis, & susceptum  
 voto & fide parentum nō possit prodesse pa-  
 ruulis existentibus in maxima necessitate.  
 Nunquid Deus de adultis maiorę habet curę  
 quę de paruulis? Quarto quia ex ordine cha-  
 ritatis, tenemur exponere vitam corporalem  
 pro certa salute animę proximi, & multo ma-  
 gis proprij filij, si ergo puer existens in vtero

## DE BAPTISMO

matris, sit in maximo periculo moriendi, & nullo modo potest saluari nisi baptizetur cum aquæ asperione vel submersione, in quod talis summersio sit de essentia Baptismi, sine qua Baptismus esse non poterit, nequitur quod mater deberet & teneretur necessitate salutis permittere, vt eius venter scindatur & extrahatur inde puer viuus, ne moriatur & damnetur. Sed aperire ventrem matris, vt extrahatur inde puer, est prohibitum ab Ecclesia tanquam malum, & nunquam fuit ab Ecclesia vsitatum, ergo oportet esse aliquod aliud remedium ne puer existens in vtero matris, dum est in periculo mortis ne moriatur sine Baptismo, & damnetur. Ad CHRISTI auctoritatem dicimus, quod est rationabiliter intelligenda, quia loquitur de his qui possunt suscipere Baptismum in re vel in voto, nam Christus neminem ad impossibile oblegare intendit.

HAEC

**H**AEC testimonia ideo ascripsi-  
 mus, vt ostendamus religio-  
 sissimos viros, & antiquorum pa-  
 trum obseruantissimos, ea quæ ab  
 ipsis de baptisimi necessitate dicun-  
 tur, non tam præcisè & rigidè acce-  
 pisse, quin mitigationem aliquam,  
 & leniorè interpretationem adhi-  
 beri posse putarint. Certè ab illo ri-  
 gore, quo simpliciter infantes nõ  
 baptizati æternis ignibus addicun-  
 tur, iam dudum ab Ecclesiasticis &  
 Scholasticis scriptoribus non nihil  
 recessum est. Primum, cum pleriq;  
 veteres tradant, paruulos absq; ba-  
 ptisimi sacramèto defunctos, per-  
 petuo damnandos, ac æternis sup-  
 plicijs puniendos: Scolastici hanc  
 damnationè & pœnam multũ mi-  
 tigarunt, quum eam pœnã nõ sen-  
 sus, id est ignis & vermis, q̄ propria

## DE BAPTISMO

est sceleratorum actuum, sed dān-  
 tantum, quæ in carentia diuinæ vi-  
 sionis cōsistit, à qua ob originis vi-  
 tium arceantur, fore sentiūt. Neg-  
 prorsus ab hac sententia abhorret  
 Augustinus, cūm asserit paruulos  
 non baptizatos, qui solum habent  
 originale peccatum, in damnatio-  
 ne omnium leuissima futuros. De-  
 inde, cūm à veteribus simpliciter,  
 nisi completo Baptismi mysterio,  
 infantibus spes omnis salutis adimi  
 videatur: tradit tamen Bonauen-  
 turam inter Scholasticos scriptores  
 haud incelebris, puerum si in ma-  
 nibus sacerdotis ante completum  
 Baptismi mysterium deficiat, cre-  
 dendū esse, quod diuina misericor-  
 dia & summus sacerdos, nō dimittat  
 imperfectum quod inchoatum  
 est. Quid verò prohibet, quo minus  
 hunc

hunc fauorē ampliemus? Quid ve-  
 rat inquã, cur minus credamus iã  
 tum apud Deum cordiũ inspecto-  
 rem, Baptismum & sanctificatiõẽ  
 infantiũ inchoari, quando iam vo-  
 luntate & voto parẽtum baptismo  
 destinãtur, & tota cordis affectiõẽ  
 christo cõmendantur. Si itaq; fides  
 & voluntas Ecclesię infantibus ac-  
 cõmodata, eos Baptismo cõsequẽ-  
 do idoneos reddit: quid quẽso cau-  
 sæ est, cur nõ etiã eos obtinẽdæ san-  
 ctificatiõĩ idoneos efficiat, si exter-  
 nũ Baptismi signum iã voto p̃sum-  
 ptu, necessitas, q̃ vitari non potest,  
 sola p̃hibeat? Nam causa nõ vide-  
 tur, cur minus in infantibus vale-  
 re debeat fides ecclesię, quæ illis cõ-  
 municatur, quamq; etiam ante Ba-  
 ptismũ per gestãtium ora profiten-  
 tur: quã in adultis fides p̃pria,  
 S 4 quam



## DE BAPTISMO

quam pleriq; oēs ijsdem adultis, si  
 Baptismi desit occasio, ad baptismū  
 sufficere cōfitentur. Nam inuisibi-  
 le significationē sine visibilibus sa-  
 cramentis, adesse & prodesse posse,  
 Augustinus ipse testatur: visibilem  
 verò sanctificationē, quæ fit sacra-  
 mento visibili, sine visibili sanctifi-  
 catione posse adesse, nō posse pro-  
 desse. Nec tamen ideo visibile sacra-  
 mentū esse cōtemnendū: quia con-  
 tēptor eius inuisibilitē sanctificari  
 nō potest. Sanè ante externi signi  
 applicationem, pueros in creden-  
 tium numero aliquo modo habe-  
 ri, ex prisca Ecclesiæ consuetudine  
 apparet: qua infantes ante Baptis-  
 mi lotionem de fide interrogantur,  
 & credere respondentur: id quod  
 veteri Ecclesiæ instituto, nō modo  
 statim ante baptismum, sed aliquot  
 ante

ante hebdomadis fieri cōsuevit. Nā iuxta Romanū ordinē, feria quarta hebdomadæ tertiæ Quadragesimæ, Scrutiniū quod vocatur, etiā in paruulis, ab huiusmodi solemni interrogatione, & professione fidei inchoabatur: quæ professio plenius fiebat Sabbato hebdomadæ quartæ, cū symbolum integrū ad verbum Græcè Latineq; infantiū nomine ab Acolyto pronuntiabatur. Quod nisi hæc inani & mendaci Cæremonia fieri dicamus, certè vel tunc infantes non prorsus à fide alieni habēdi videntur, cum iam fidem professi sint, & credere pronuntiantur: ita vt interuallo non paruo, fides infantium eorum Baptismum antecedit: quo fit, vt etiam in infantibus signaculum quoddammodo fit Baptismus antecedē-

## DE BAPTISMO

tis fidei, B. August. cùm docere in-  
 stituit, infantes quoq; qui ad bap-  
 tum offeruntur, rectè pœniten-  
 tes & fideles dici, in hunc modum  
 loquitur. Si ppter ea inquit infan-  
 tes rectè fideles vocantur, quoni-  
 am fidem per verba gestatium quo-  
 dammodo profitentur: cur non  
 prius etiam pœnitentes habentur,  
 cùm per eorundem verba gestan-  
 tium, diabolo & huic seculo renū-  
 tiare monstrantur? Nec ignoro il-  
 lum continuo subijcere, totum  
 hoc in spe fieri, vi sacramenti &  
 diuinæ gratiæ: & eodem libro mox  
 affirmare, credere, esse infantibus  
 baptizari, non credere autem, non  
 baptizari: consideret tamen pius  
 lector, an non piè existimari pos-  
 sit, rem, hoc est baptismi gratiam,  
 qua in fidelium numerum infan-  
 tes

res cooptantur, iam spe conce-  
ptam, benignitate Dei represen-  
tari, quando Baptismus iam vo-  
luntate & voto præsumptus, so-  
la necessitate præripitur. durum  
fanè videtur simpliciter intelligi,  
non credere, infantibus esse non  
baptizari, præsertim in ijs, qui iam  
in Ecclesia Christo oblatis, per ver-  
ba gestantium, ante credere se pro-  
fessi sunt, quam externum Baptis-  
mi signum in se receperunt: quo si-  
gno si necessitate excludantur,  
vt si fortè post æditam hanc fidei  
professionem statim expirent, an  
non inquam durum erit, hanc fi-  
dei professionem falsam & irritã  
iudicare? Quòd si hæc pœniten-  
tiæ & fidei professio inanis & otio-  
sa non fuit, mirum certè videtur,  
cur eos deteriore cõditione quam  
adul-

## DE BAPTISMO

adultos faciamus, cum in adultis  
 cordis conuersione, quæ fit in pœ-  
 nitentia, & fidẽ cum baptis-  
 derio coniunctã, intercepta baptis-  
 mi occasione, ad gratiam Baptismi  
 cõsequendam, sufficere fateamur.  
 De Baptis. Quid quod idem Augustinus asse-  
 cont. Do- rit, inuenire se, non tantũ passionẽ  
 natist. li. 4. rit, inuenire se, non tantũ passionẽ  
 cap. 22, 23. pro noĩe Christi, id quod ex baptis-  
 mo deerat posse supplere, sed etiã  
 fidem conuersionẽq; cordis, si for-  
 tẽ ad celebrãdũ mysterium baptis-  
 mi, in angustijs temporũ succurri  
 nõ potest. Ac idem alibi de infantibus  
 ait, & fideles eos recte vocari,  
 quia fidẽ per verba gestantiũ quo-  
 dammodo, pfitentur: & prius pœ-  
 nitentes haberi, cum per eorundẽ  
 verba gestãtium diabolo & huic se-  
 culo renunciare monstrantur. nõ  
 deest ergo infantibus, nec fides nec  
 con-

conuersio cordis, q̄ illis per Dei be-  
 nignitatem imputatur: cur nō eti-  
 am ex eadem benignitate Dei, id  
 quòd externo signo deest, in illis  
 suppleri credimus, si fortè ad cele-  
 brādum Baptismi mysteriū, in an-  
 gustijs temporum succurri nō pos-  
 sit? Affirmat idem Augustinus exē-  
 plo latronis declarari quantum va-  
 leat etiā sine visibili sacramento Ba-  
 ptismi, quod ait Apostolus. Corde  
 creditur ad iustitiā, ore autē confes-  
 sio fit ad salutē: sed tunc demū im-  
 pleri inuisibiliter, cum mysterium  
 baptismi, non contemptus religio-  
 nis, sed articulus necessitatis exclu-  
 dit. At qui hæc fides atq; confessio,  
 cū si per ætatis infirmitatē desit, in-  
 fantes à baptismi sacramento non  
 prohibeat, sed Dei bonitate fidē, vo-  
 ta & preces Ecclesiæ, ac potissimū  
 suam

## DE BAPTISMO

suam promissionem intuentis, non  
 aliter quam ij, qui corde credere, &  
 ore confiteri possunt, ad baptismi  
 sacramentum suscipiendum ido-  
 nei habentur: cur non eadem ra-  
 tio valebit, ad baptismi inuisibilem  
 gratiam, sine visibili Sacramento  
 Baptismi consequendam, si my-  
 sterium Baptismi, non contemp-  
 ptus religionis, sed articulus neces-  
 sitatis excludat? Addit eodem lo-  
 co Augustin. Sicut in illo latro-  
 ne quod ex Baptismi sacramento  
 defuerat, compleuit omnipoten-  
 tis benignitas, quia non superbia  
 vel contemptu, sed necessitate  
 defuerat, sic in infantibus, qui ba-  
 ptizati moriuntur, eadem gratia  
 omnipotentis implere credenda  
 est, quod non ex impia volunta-  
 te, sed ex ætatis indigentia, nec  
 corde

corde credere ad iusticiam pos-  
 sunt, nec ore confiteri ad salu-  
 tem. Quæso te, quæ iniuria fiet  
 bonitati diuinæ si de infantibus  
 hoc modo dicamus. Sicut in la-  
 trone quod ex baptismi sacramen-  
 to defuerat, compleuit omnipotē-  
 tis benignitas, sic in infantibus, qui  
 nondum baptizati moriuntur, ea-  
 dem gratia omnipotentis implere  
 credenda est, tum quòd non ex im-  
 pia voluntate, sed ex ætatis indigē-  
 tia, nec corde credere ad iusticiam  
 possunt, nec ore cōfiteri ad salutē:  
 tum etiā, quod ex Baptismi sacra-  
 mento, non superbia vel contem-  
 ptu, sed necessitate tātum in illis  
 deest. Et cū postea de Baptismo &  
 conuersione cordis, ex quo utroq;  
 salus hoīs completur, subiiciat, &  
 illud sine isto posse esse in infante,



## DE BAPTISMO

& hoc sine illo in latrone, com-  
 plente Deo, siue in illo siue in isto  
 quod non ex voluntate defuisse-  
 cur hic immensam Dei benigni-  
 tatem arctabimus, vt non liceat di-  
 cere, complere Deum vtrumq; in  
 infante, tum Baptismi sacramen-  
 tum, tum cordis conuersionem,  
 vt quæ non ex voluntate defue-  
 rint. Huc quoque non malè qua-  
 drat, quod scribit Bernardus ad  
 Hugon. de sancto Victor. Legimus  
 inquit, Omnis qui odit fratrem suum,  
 homicida est, qui viderit mulierem  
 ad concupiscendū eam, iam mo-  
 chatus est in corde suo. Quid pla-  
 nius, quod voluntas pro facto re-  
 putetur, vbi factū excludit necessi-  
 tas, nisi fortè putetur in malo quā  
 in bono, efficacior inueniri vult-  
 tas apud Deum qui charitas est, &

& promptior esse ad vlciscendum,  
 quam ad remunerandū misericors  
 & miserator Dominus: quāuis autē  
 mox de infantibus subijciat, eos  
 hanc fidem, hoc est cordis ad Deum  
 conuersionem, prohibente ætate,  
 habere non posse, & consequenter  
 nec salutem, si absq; Baptismi per-  
 ceptione moriantur, fatetur tamē  
 eodem loco, & ipsos cum baptizā-  
 tur infantes, fide omnino non ca-  
 rere, sine qua impossibile sit, vel  
 ipsis infantibus placere Deo, sed sal-  
 uari & ipsos per fidem, non suam  
 quidem sed alienam, vt nec à par-  
 uulis alienum sit, quod om̄ibus ge-  
 neraliter dicitur, fide mundās cor-  
 da corū, hæc Bernardus. Sed cum  
 hanc fidem, qua placent Deo infan-  
 tes, & mundātur corda eorum, nō  
 tum primum cum baptizātur, ve-  
 rum

## DE BAPTISMO

rum etiam tum cum offeruntur,  
 & Baptismo destinantur, ijs Eccle-  
 sia impertiat: eaque de causa per  
 ora gestantium credere affirmitur,  
 ac fides sola, si modo voluntate  
 & voto, baptismum à quo necessitate  
 excluditur, completatur, ad salutem  
 & baptismi gratiam accipiendam,  
 adultis sufficiat: cur non idem valet  
 in infantibus, quibus Dei benignitas,  
 fidem Ecclesiae, ut propriam imputat, quod  
 adultis valere non dubitamus, quae  
 ipsa donum Dei est? Ad haec Petrus  
 Lombardus sententiarum magister  
 appellatus, ea testimonia, quae  
 solis baptizatis iter patere salutis  
 significat, sic intelligenda esse  
 tradit, ut ad eos solos, qui tempus  
 baptizandi habeant, referatur. Sin-  
 quit

quit aliquis habens fidē & charita-  
 tem voluerit baptizari, & nō valet  
 necessitate præuētus, supplet om-  
 nipotentis benignitas, quòd sacra-  
 mento defuerat, dum enim solue-  
 re potest, nisi soluat tenetur. Sed  
 cum iam non potest, & tamē vult,  
 non imputat ei Deus, qui suā po-  
 tentiam sacramentis nō alligauit.  
 Quid quod Scholastici scriptores  
 huius interpretes tradūt, nullum  
 sacramentum adeo esse necessariū,  
 quin fides & deuotio locum eius  
 suppleat: idque exemplo baptismi  
 confirmant. Item Bonauenturæ  
 verba sunt, Deum neminem ob-  
 ligare ad impossibile, ex suo præ-  
 cepto, vt dicit Hierony: Et iterū,  
 quòd quis non potest facere si ve-  
 lit facere, reputari illi pro facto,  
 vt dicit Glossa supra illud Psalmi.

T 2 Etenim

DE BAPTISMO

etenim in corde iniquitates operati  
 mini &c. quod non potes facere &  
 vis, Deus factum reputat. Ideo Bap-  
 ptismus aquæ non sic est necessari-  
 us, quin si adsit volūtas, & desit pos-  
 sibilitas, non saluetur aliquis sine  
 ipso. Concedendū ergo esse, quod  
 Baptismus fluminis, sine Baptismo  
 fluminis sufficit, dum tamē homo  
 habeat voluntatē, & præpediatur,  
 vt ante mortem non recipiat, præ-  
 pediēte necessitate. Thomas quoque  
 Aquinas duplici modo obtinere Bap-  
 ptismum pulchrè differit, ijs ratio-  
 nibus respondens, quibus tum ex  
 sacris literis, tum patrum testimo-  
 nijs Baptismi ad salutem necessitas  
 affirmatur. Sacramentum inquit  
 Baptismi dupliciter posse alicui de-  
 esse, vno modo, & re & voto: atque  
 quibus hoc modo deest baptismus salu-

3-part.  
 quest. 68.  
 art. 2.

salutē consequi non possunt: quia  
 nec sacramentaliter nec mentali-  
 ter Christo incorporantur. Alio  
 modo potest deesse res sed non vo-  
 to, & talis, sine Baptismo actuali sa-  
 lutem cōsequi potest, propter de-  
 siderium baptismi, quod procedit  
 ex fide, per dilectionem operante,  
 per quam Deus interior hominem  
 sanctificat: cuius potentia sacramē-  
 tis, visibilibus nō alligatur. Ad pri-  
 mum dicendum, quod sicut dici-  
 tur I. Reg. 16. Dominus autem in-  
 tuetur cor, ille autem qui desiderat  
 per baptismum regenerari ex aqua  
 & spiritu sancto, corde quidem re-  
 generatus est, licet non corpore.  
 Ad tertium, pro tātō dicitur sacra-  
 mentum Baptismi esse de necessi-  
 tate salutis, quia non potest esse ho-  
 minis salus, nisi saltem in volūtate

DE BAPTISMO

habeat, quæ apud Deum pro facto  
 reputatur. Hæc illi. Nec ignora-  
 mus ea de adultis tantum ab ipsis  
 intelligi. Verùm videntur hæc ad  
 infantes quoque non incommo-  
 dè transferri posse. Nihil enim eis  
 ad salutem præter aquæ tinctio-  
 nem deesse videtur, ad quam tin-  
 ctionem, parentum & Ecclesiæ vo-  
 luntate & fide, iam destinati sunt.  
 Cur igitur non hic quoque dica-  
 mus, supplere omnipotentis beni-  
 gnitatem, quod sacramêto defue-  
 rit, nisi Deum seueriorem se infan-  
 tibus, quam adultis exhiberi pute-  
 mus? Quamobrem credibile est, cû  
 gratia signis non sit alligata, Deum  
 pro sua clementia, absentiam deside-  
 derati Baptismi non imputare, sed  
 votû pro facto habere, idq; quod iam  
 voluntate & voto inchoatum est  
 perf.

perficere, ac qd' externo signo de-  
 est, de exuberante fonte largissimæ  
 gratiæ suæ benignè supplere. Quid  
 verò, si q's pater familias inter me-  
 dios barbaros habitās, longè à chri-  
 stianorum omnium commora-  
 tione remotus, aliquando à Chri-  
 stiano aliquo, in cuius consuetudi-  
 nem fortè inciderit, initia religio-  
 nis acceperit, ac postea vel recordā-  
 do, quæ ab eo intellexit, vel etiam  
 relicto apud se vel aliundè acquisi-  
 to Euangeliorum libro legendo,  
 usq; eò profecerit, vt iā se & famili-  
 am suam totam, in qua & infantes  
 sint, Christo per baptismum conse-  
 crare firmiter statuerit, sed ministri  
 qui baptismi sacramentum admi-  
 nistret facultas desit, atq; is ipse cū  
 vniuersa sua familia vel subita lue,  
 vel aquarum illuuiōe, vel ignis in-



## DE BAPTISMO

cendio, vel grassatorum aut hostiâ  
 ferro, è vita tollatur: credo nemo  
 dubitabit adultos omnes, qui se iam  
 fide ad Deum conuerterant, & Ba-  
 ptismi sacramentum voto præce-  
 perant, Baptismi gratia non priua-  
 ri. Quid verò de infantibus illis sta-  
 tuemus, an solos eos beneficio illo  
 Christi quo sibi deuotos & conse-  
 cratos, in gratiam recipit, priuari  
 dicemus, qui iam vna cum adultis  
 illis Christo addicti & dedicati fue-  
 runt? Nihil igitur pietati aduersa-  
 bitur, si credamus huiusmodi è fi-  
 delibus parētibus natos, & iam vo-  
 to parentum ex ipso vtero deo cō-  
 secratos, eò loco esse apud Deum,  
 quo olim habiti sunt Catechume-  
 ni, qui iam Christianæ societati no-  
 men dederunt, vel illi qui nōdum  
 christianæ societati ascripti, se iam  
 animo

animo ac voto Christianæ societa-  
 ti, & Baptismo dedicarunt: neque  
 enim tum demum fidem eam, qua  
 ad Baptismum accipiendum ido-  
 nei sunt, infantibus acceptam fer-  
 ri credendum est, cum eam in Ec-  
 clesia per ora gestantium profiten-  
 tur, sed iam inde vt dixi ab ipso vte-  
 ro, quando pijs parentum votis &  
 precibus Christo consecrantur, &  
 sacro sancto Baptismo destinatur.  
 Id confirmare videtur prisca eccle-  
 siæ cōsuetudo, qua infantes statim  
 atq; in lucem æditi sunt, si vitæ pe-  
 riculum imminere putatur, nulla  
 antegressa fidei p̄fessione sine cū-  
 ctatione baptizantur: atq; is baptis-  
 mus legitimus habetur, quod si-  
 gnum est, eos in eo necessitatis ar-  
 ticulo, non minus baptismo aptos  
 haberi quam si iam in ecclesia fidem

## DE BAPTISMO

essent professi. Mirum fanè videri possit, cum summo cōsensu tradant omnes, baptismum fluminis quæ est vis spiritus sancti cōferentis gratiam & condonantis peccata, absq; baptismo fluminis, quem necessitas non voluntas excludit, ad salutem sufficere posse: cur in solis infantibus id locum habere negetur, præsertim cùm rationes omnes, quibus hic Baptismus fluminis in tempore sufficere probatur, pulchrè etiam infantibus accommodentur. Deus, inquit Bonaventura, neminem obligat ad impossibile, & q̄ quis nō potest facere, si velit facere, reputatur ei p̄ facto: ideo Baptismus aquæ nō sic est necessarius, quin si adsit voluntas, & desit possibilitas, non saluetur aliquis sine ipso. Cōcedendum igitur

igitur, quòd Baptismus fluminis,  
sine baptismo fluminis sufficit, dū  
tamen homo habeat voluntatē, &  
præpediatur, vt ante mortē nō re-  
cipiat præpediēte necessitate. At qui  
idē Bonauent. Paruulos ad Baptis-  
mū disponi ait, non quidem secundū  
suum actum, sed secundum actum  
alienum, quia diuina misericordia  
alienā voluntatem ipsi propriam  
reputet. Cū ergo in huiusmodi  
infantibus adsit voluntas, si non  
propria, certè quod idem valet im-  
putata, & desit possibilitas, causa  
non videtur, cur minus ipsi quo-  
que Baptismo fluminis sine baptis-  
mo fluminis sanctificari & salua-  
ri possint. Item definitio baptis-  
mi fluminis, quæ Gersoni tribu-  
tur, aptismè his infantibus conue-  
nit. Baptismus inquit fluminis est,  
cum

## DE BAPTISMO

cum quis habens fidem, volens bap-  
 ptizari, caret baptismo aquæ, non  
 quidem per negligentiam vel con-  
 temptum, sed propter impotenti-  
 am, quia scilicet habere nõ potest,  
 ubi defectum supplet gratia spiri-  
 tus sancti. Neque enim fides & vo-  
 luntas paruulis deest, cum illis, vt  
 iam aliquoties dictum est, volun-  
 tas & fides Ecclesiæ imputetur, quæ  
 etiam voluntatem & fidem inter-  
 rogati, solemni ritu per suscepto-  
 rum ora profitentur. Itaq; vt tan-  
 dem concludam, videtur hæc san-  
 ctificatio infantium, quod sine cu-  
 iusquam præiudicio dictum velim,  
 statim ab ipso voto & destinatione  
 baptismi incipere, atq; iam tũ initiũ  
 fieri huius adoptionis & ascriptio-  
 nis in fœdus Dei: consummari autẽ  
 & perfici, adhibito fœderis signo  
 à deo

à Deo instituto, quod & sine certo periculo contemni non potest, & sine damno salutis abesse potest, vbi adsunt reliqua ad salutem requisita: & necessitas, quæ legem nõ habet eius vsum intercipit. Itaq; infantes per baptismũ Christo consecratos, & in eius corpus insertos si è vita excedãt, regni Dei participesse firmissimè credo: eos quoque infantes qui voto parètum vel propinquorum Christo destinati sunt, ac iam nunc voto & animi intentione Christo ad Baptismum oblatis, si ante expirent, quam externum signũ adhiberi possit, non priuari Baptismi gratia, piè credi posse existimo. Quod autem omnes infantes in Ecclesia à fidelibus maioribus nati, virtute tantum diuinæ promissionis, nulla habita Baptismi

DE BAPTISMO

ptissimi vt ad salutē minus necessa-  
 rij ratione sancti sint, non probet  
 illos autē infantes, qui extra Chri-  
 sti Ecclesiam in regno tenebrarum  
 nati, noxa originalis peccati re-  
 nentur, quin eius reatū, à quo per  
 Christum soluti non sunt, si è vis  
 ta discedant, luituri sint, dubiū mi-  
 hi non est, quāuis ab Augustino nō  
 dissentiam, qui affirmet paruulos  
 non baptizatos, qui solum habent  
 originale peccatum, nec vllis pro-  
 prijs aggrauantur peccatis, in dam-  
 natione omnium leuissima futu-  
 ros. Imò libēter Scholasticis assensu-  
 tiam, qui non sensus vt diximus,  
 sed damnitantummodo pœna af-  
 ficiendos putant. Non nescimus  
 August. in disputationibus contra  
 Pelagianos vehementer contende-  
 re, infantibus necessarium esse na-  
 ptif-

ptismū, & citra Baptismū non saluari, verum ea disputatio aduersus Pelagianos faciebat, qui infantibus remissionē peccatorū, quod ab Adā propagari negabant, opus non esse confirmabāt, baptizari tamen eos non in remissionem peccatorum, sed ad regnum Dei. Contra verò August. necessarium ideo infantibus Baptismum asseribat, vt in ijs reatus mortis æternæ, quæ ex peccato primi hominis, carnali generatione contraxerāt, regeneratiōe spiritali in baptismo solueretur: quæ regeneratio per Baptismum profus esset ociosa & superuacua, nisi inesset infantibus contagiū originalis peccati, quod baptismo necessum sit expurgari. Verum hæc quæ modo proposuimus opinio rationibus Augustini nihil aduersatur.

Agnoscit



## DE BAPTISMO

Agnoscit enim in infantibus esse  
 peccatum generatione carnali con-  
 tractum, quod spirituali regenera-  
 tione solui necesse sit. Itaq; baptis-  
 mi gratiam, non ad regnum tantum  
 Dei consequendum, sed ad remis-  
 sionem peccatorum obtinendam,  
 illis necessarium esse concedit: hoc  
 tantum hæc opinio piè credit, hæc  
 baptismi gratiam, voto baptismi  
 quando actu haberi non potest, ex  
 Dei clementia representari. Atq;  
 hæc de Augustino dicta sint, qui  
 fortassis si huiusmodi rationes, non  
 hæresis alicuius stabilien-dæ animo,  
 sed solo amplificandæ Dei bonitas  
 studio proferri audisset, non eam  
 opinionem ut impiam reiecisset:  
 siquidem hæc opinio qua gratia ba-  
 ptismi, id est, adoptio filiorum Dei,  
 societas corporis christi, & hæreditas

tas regni cœlestis, infantibus desiderato baptismi signo, mortis necessitate exclusis, contingere posse creditur, nequaquam hanc gratiam Baptismi, à Baptismi sacramēto diuellit, ac Christi sententiæ, cum ait, neminem regnum Dei ingressurum, nisi ex aqua & spiritu renascatur, minimè resistit: non sane magis quam ea, quæ adultos fide Christi præditos, & Baptismi sacramentum expetentes, si necessitate ab eo excludantur, à Baptismi gratia non excludit, cum vtrique Baptismo æque idonei sint, & fidem suam, hi propria, illi fideiussorum opera profitentur: nihilq; in ijs ad Baptismum, præter aquæ tinctionem requiratur: & spiritus cuius in regenerando præcipuè partes sunt, quamuis ex Christi instituto

## DE BAPTISMO

per aquã operetur, tamen non ita aquæ obstrictus sit, vt sine ea vim regenerandi exercere non possit. Neq; verò omnino hic aqua & ablutio externa abesse dicenda est, quam voluntas, votum & desiderium cum fide coniunctum, iam quodammodo Deo cordium inspectori & æstimatoti repræsentantur. Hanc verò sententiam de parvulis, contentiosè & pertinaciter tueri nolim, nec eos temerè damnare, qui grauißima auctoritate veterum, & totius penè Ecclesiæ adducti, ijs solis infantibus salutem addicunt, quos Deus arcano suo, sed tamen iusto iudicio Baptismo & regenerationis sacramento dignatur. Verùm paulò latius in ea explicanda diuerti, quòd eam opinionem à pijs mentibus non esse alic-

alienam, neq; diuinis literis prorsus repugnantem, imo diuinæ clementiæ maximè conuenientem existimem: ac valere aliquid ad consolationem piorum parentû, quorû infantuli, iam inde ab ipso vtero Baptismo destinati, antè è vita excedunt, quam desiderato Baptismo potiri queant. Tum vel eò maximè, quod contraria sententia, quæ infantes omnes citra delectum vllum, quibus ablutio hæc externa nõ contigit, æterno supplicio dannari censet, vsque adeo nonnullis dura, atque intoleranda videtur, vt inde ex contrario, tenuius & leuius, de virtute huius sacramenti sentiendi occasionem sumât. Anabaptistæ verò omnes vsque eò, ab ea abhorrent, vt nisi hac quam diximus explicatione temperetur,

## DE BAPTISMO

nunquam, aut certè multo difficilius futurum videatur, vt in baptis-  
 mum infantium consentiant. Sed  
 ego hæc omnia, peritiorum in Ec-  
 clesia Christi catholica virorum  
 iudicio libenter & ex animo sub-  
 mitto, vt quem ad hæc dicenda, nul-  
 la pertinacia aut nouitatis studi-  
 ſed ſola pietas & communis ſalu-  
 tis deſiderium incitarit.

## ERRATA.

Fol. 29. li. 7. leg. Euangelij.

Ibid. in marg. leg. Marci 9.

Fol. 69. pa. 2. leg. beneuolentiæ.

Fol. 82. li. 4. leg. intuentis.

Fol. 84. pag. b. lin. antepenult. leg.

remiſſionis.

Fol. 85. pa. b. li. 8. leg. anabaptiſtis.

fol. 96. li. 10. & poſt le. exorcizatur

Ibid. pag. b. lin. 4. à fine leg. exor-

cismus. fol. 128. b. li. 12. le. potentiã

-nun

c V

TESTI-

## DE COMMVNIONE 155

MALORVM.

G. Cass. Lectori.

CVM pagellis aliquot uacantibus, Typogra-  
 phus me rogaret, haberẽ ne aliquid quod adij-  
 cendum putarem: existimabam nõ incommodum fo-  
 re si testimonia aliquot B. Cypriani & Augustini de  
 Communione malorum in externo usu Sacramento-  
 rum subijcerem: cum hoc argumentum à nostro insti-  
 tuto non sit alienum. Multi enim hodie ueterem illi  
 Donatistarum errorem reuouarunt, ut putent Sacra-  
 menta Diuina ab impuris ministris, & in cœtu ma-  
 lorum non esse participanda.

Nam etsi videntur in Ecclesia esse zizania, Cyprian.  
 non tamen impedire debet aut fides aut cha- lib. 3. epi-  
 ritas nostra, vt quoniam zizania esse in Eccle- stol. 3.  
 sia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. No-  
 bis imò laborandum vt frumentum esse pos-  
 simus, vt cum ceperit frumentum Dominicis  
 horreis condi, fructum pro opere nostro & la-  
 bore capiamus. Apostolus in Epistola sua di-  
 cit: In domo autem magna non solum vasa  
 sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia,  
 & quædam quidem honorata, quædam verò  
 inhonorata. Nos operam demus, & quantum  
 possumus laboremus, vt vas aureũ vel argen-  
 teum simus.

Nonnullos toleramus quos corrigere, vel  
**Augustin.** punire non possumus. Neque propter paleas  
**epist. 28. ad** relinquimus arcam Domini. Neque propter  
**Vincentiū.** pisces malos rumpimus retia Domini. Neque  
propter hædos in fine segregandos, deserimus  
gregem Domini: neque propter vasa facta in  
contumeliam, migramus de domo Domini.

**August. de** Quam multa & quam vehementer Ieremias  
**uerbis Do-** increpauit, in peccatores & sceleratos populi  
**mini in** sui, inter eos tamen erat, vnum cum illis tem-  
**Matthæū** plum intrabat, eadem Sacramenta celebrabat,  
**serm. 18.** in ea hominum sceleratorum congregatio  
viuebat: sed clamado exibat inde, hoc est ex-  
ire inde, hoc est immundum non tangere &c.

**Idem cont.** Nam & cum circūcidendus esset, nunquid  
**epist. Par-** Ioannes quæsitus est? hoc enim à Iudæis fieri  
**meni. lib. 2.** tum solebat. Et cum pro illo esset offerendum  
**cap. 17.** legale sacrificium, nunquid deuitatum est il-  
lud templum quod ab eo vocatur spelunca la-  
tronum, quo certè & boni intrabant & mali.  
Quoniã Dominus qui ait. Sancti estote quoniam  
ego sanctus sum, ita inuiolabiliter, ser-  
uit sanctos versari inter malos, si custodiant  
eam quam accipiunt sanctitatem: quæ admo-  
dum ipse Dominus Iesus nulla cõtagione ma-  
lignitatis in Iudæorū gente pollutus est &c.

**Idem cont.** Vt sit quisque verus Sacerdos, oportet ut non  
**epist. Peti-** solo Sacramento, sed iustitia quoque induatur,  
**liani lib. 2.** sicut scriptum est, Sacerdotes tui induantur  
**cap. 30.** iust-

instituta. Quid autē solo sacramento Sacerdos  
est, sicut fuit Pontifex Caiphas, persecutor  
vnius & verissimi sacerdotis: quamuis ipse nō  
sit verax, quod dat tamen verum est, si nō dat  
suum sed Dei, sicut de ipso Caipha dictū est.  
Hoc autem, non à se dixit, sed cum esset Pon-  
tifex prophetauit.

Nisi sancta verba essent ex Cathedra Moisi  
non diceret veritas, quæ dicunt facite: Si ve-  
rō ipsi qui vera sancta dabant sancti essent,  
non diceret. Quæ faciunt facere nolite, di-  
cunt enim & non faciunt. Nullo quippe mo-  
do legitur vva de spinis, quia nunquam de  
spinarum radicibus oritur: Sed cum se spino-  
sis sepib<sup>9</sup>, palmes vitis implicuit, nō ideo fru-  
ctus, qui illic pendet horretur, sed spina caue-  
tur, vva decerpitur.

Ibidem li. 3  
cap. 8.

Vide huius  
sententie  
latiore ex-  
plicationē  
tract. 46.

in Ioan. 30  
trum car-  
pe, Spinam  
caue.

Duobus modis nō te maculat malus, si ei non cons-  
entias, & si redarguas.

August. de  
uerbis Do-  
mini ser. 18

Non propter malos boni sunt deserendi, sed pro-  
pter bonos mali sunt tolerandi.

Idē epif. 48  
ad Vincēt.

Communio malorum non maculat aliquem parti-  
cipatione Sacramentorum: sed consensione factorū.

Idem epi-  
stol. 152.



